Equites isti insigne ferunt orbem aureum octo radiis distinctam. Solummodo paupertatis et adversus infideles bellandi votis adstringuntur, proinde per Religionem ipsis nubere licet. In tres classes dividuntur scilicet in Equites Justitiae, in Equites Graticae, et in Equites Beneficiorum seu, ut vocant, Commendarum: ultimi sunt, qui Beneficia seu Commendas fundant, quae post illorum obitum Ordini adscribuntur: ad secundam classem pertinent famosi Pictores, et alii qui in liberalibus artibus excellunt: proprii vero seu primae Classis S. Stephani Equites Supremo Magistro suo neminem Magno Hetruria Duci obedientiam et militiam adversus Infideles jurant, Praevocabiles esse debent.

Idcirco Magni Hetruria Duces nihil intentatum reliquerunt, quo celeberrima olim hujus Civitatis Incolas auferent, haecque sollicitudine sua factum est, ut anno 1715. jam 16. usque 18. animarum millia ibidem numerata fuerint; verum quid hoc ad tam amplam Urbem, quam nec centum hominum millia implerent.

Ecclesia Cathedralis speciosissima est ac ornatissima, Opus Gothicum. In ea visitur Constantinianum Imperatoris Henrici VII. Bononventi Agri Senensis Urbe 14. Augusti an. 1413. ex Sanguinolento alvi fluxu, quem Dysenteriam vocant, demortui Constantinianum pro temporum illorum more arte et

magnificentia magna constructum ex marmore. Item  
 tumulus Beatrie matris famose Mathilbis. Ad  
 Dentarum Chori latus et extra illum stat celebris  
 illa turris seu Campanile marmoreum, quod ad  
 unam partem ita inclinatum est, ut cadere velle  
 videatur, nunquam tamen casurum. Illius Ar-  
 chitectus Germanus fuit Beniponti Tyrolis Metro-  
 poli natus Joannes nomine.

Prope est coemeterium portum marmoribus pavimen-  
 tata septum et pulcherrimis imaginibus illustratum  
 longum pedes 485. latum 180. Terram, in quam  
 mortui cives inter 24. horas officium tenuis consumen-  
 di conduntur, advocatam Hierosolymis ferunt; ete-  
 nim Frederico Anobardo ad liberandam Palesti-  
 nam proficiscenti quinquaginta triremes Pisa-  
 ni subsidio miserant: ut vero flumine mernus Im-  
 perator perit, Pisani opima praeda instar are-  
 nam ex sacro solo retulerunt, quae instrata coe-  
 meterio causa fuit, ut Campus Sanctus dictum sit.

Pisani profana aedes satis elegantes sunt sed paucas  
 pro Civitatis spatio, cujus magnam partem campi et  
 horti occupant; earum praecipuae turribus sunt  
 instructae. Tenent Patricii aut illorum porta-  
 ris, ac Senatoribus hujusmodi turres domibus suis  
 adungere licitum fuisse. In civium intestinis  
 discordiis ea tot velut propugnacula fieri, quos  
 debiliores recipiebant, atque inde telis et lapidi-  
 bus pugnantibus, modo captandae aëris refrigeratio-  
 ni inserviunt, ac Despectum praebent in vicinam  
 regionem, quae pulchra est et bene culta.

Supra ripam Arni eminet Magni Ducis pala-  
 tium, in quo nihil speciale occurrit, Archiepis-  
 copale palatium vetus et vulgare quadratum  
 est aedificium.

Anno 1184. Innocentius Papa II. Concilium  
 Gallicanorum, Germanorum et Italorum in Antistitum  
 hac Civitate celebravit, in quo Anacletus Anti-  
 pa anathemata perculsus fuit. Celebris  
 adhuc ibidem fuit, quod anno 1409. ibidem coactum  
 fuit, ubi post Decimam tertiam Sessionem quinta  
 Julii abdicatis Petro de Luna, qui Benedictus XIII. dice-  
 batur, et Angelo Corario, qui Gregorius XII. vocabatur,

atque inter se de Summo Pontificatu Decretabant, ~~his~~ ~~modis~~ ~~et~~ ~~con-~~ ~~tractis~~ ~~et~~ ~~con-~~ ~~tractis~~ 29. ejusdem mensis 24. Cardinalibus tertium elegerunt nempe Petrum Philargi de Candia Cardinalem Mediolanensem, qui se Alexan- drum V. nominavit, hecque Schisma, quod jam à multis annis Caesariam turbabat, aucto Summo- rum Pontificum numero, firmari vixit.

Anno 1511. Quidam Cardinales Julius Papa II. male affecti et Ludovici XII. Francia Regis necnon Im- peratoris Maximiliani I. quibus cum eodem Ponti- fice Simultas erant, partibus addicti hic etiam habere Synodum, quam hinc Mediolanum ac inde Lugdunum transtulerunt, quae tamen sine effectu fuit.

Anno 1739. Francisus Magnus Hungariae Dux una cum conjugē sua Maria Theresia Imperatoris Caro- li VI. filia Piras sua praesentiā honoravit. An. 1740. Civitas haec universali aquarum inundatio- ne penè submersa fuit.

A Piris Liburnum Portum usque numerantur 12. vel 14. miliaria, regio plana est, et via plerumque inter viridas quercus, Liberos, et Sylvestres Myrthos patet. Ajunt, seu potius fabulantur Mase hanc Sylvam olim contempsisse, necnon tribus miliaribus à Piris locum illum, ubi in Sylva aditu valde magnum est Templum, attigisse, necnon S. Petrum, dum in his partibus piscationi vacaret, ortā tempesta- ta, ad hunc locum fuisse delatum, ibique altare erexisse, circa quod post aliquot saecula Papa quidam Ecclesiam construi curaverit.

2<sup>o</sup> Lignorum et Liburni Portus: Livorno et Lignano: Speciosa, populosa et munitissima Urbs cum celeberrimo portu Maris, ad illius ripam sita 12. vel 14. miliaribus Italicis ad Austrum à Piris sub gradu Long. 33. M. 25. Lat. 42. m. 34.

Cuverius *Antiq. Ital. lib. 2. c. 2.* arbitratur Urbem hanc esse locum illum, quem Antoninus in *Itinerario Ad Haemulm* vocat, et ex *Zosimo Hist. lib. 5. c. 20.* li- quere ait, jam tunc Liburni portus nomen notum fuisse, censet etiam quod ipsa sit Labro, cujus Cicero *Ep. 2. ad Fratr.* meminit, ac forte Portus Haemulis Labronis dic- ta fuerit. *Callarius Not. Orb. ant. lib. 2. c. 9. §. 165.* addit, quod ex Cicronis *Labrone*, si locus, qui adducitur, genuinus sit, sequenti aeo forsitan *liburnus* factus

fuerit. Wessalingus Ad Antonium firmiter credit, quod  
 cum apud Antonium in hac ora Salubro notetur, idem  
 quoque apud Ciceronem legi debeat. Praeterea sibi  
 persuadere non potest, Dorini locum, in quo de hi-  
 bronis tanquam urbe jam tunc temporis nota fit men-  
 tio, geminum esse, mirumque fore ait, quod, cum  
 urbs à tot jam saeculis celebrata dicatur, nemo tamen  
 veterum, praeter adnotos scriptores, illius meminert.  
 In Ptolomaei tabulis geographicis, latinis equidem vo-  
 men istud legitur, at quia in Graecis omisum est,  
 hinc supposititium videtur. Possibile est, quod  
 ubi olim locus Ad Herulem dicitur extitit, nunc  
 ea urbs sit, quae ~~in~~ Italiae Livorno nuncupatur,  
 quod tamen recens est et à Liquorno ortum nomen.

Verum quidquid ea de re sit, Liburnus Costus  
 antehac ad Rempublicam Bisanam pertinet,  
 quem Gemenses an. 1290. ipsi eripuerunt, post-  
 quam scilicet proelio navali, cuius supra me-  
 minimus, ipsos devicerunt. Successu tamen  
 temporis iterum ab eis desuisse debuit, memoria  
 enim positum est, quod primum sub finem saeculi  
 XIV. inde restitutus fuerit. Anno 1498 Im-  
 perator Maximilianus I. illam terram marisque  
 in usum obedit. Tandem saeculo XVI. Cos-  
 mus I. Hetruriae Dux permutationis titulo idem  
 adeptus est relicta Gemensibus ipsius Oris Sar-  
dena seu Lubra nova, quae tunc ipsis longè  
 pretiosior, utpote Civitas Episcopalis, et com-  
 modior, ut quae ipsorum territorium attein-  
 gret, videbatur. Ea aetate Liburnus exi-  
 qui nominis erat, et non nisi vicium sordidis  
 et putidibus paludibus velut immersum refere-  
 bat, verum Cornus mox amplam, venustam,  
 et munitissimam Urbem fecit, postquam ma-  
 gnificè et toto orbe celebratissimo intravit,  
 quam, ut tantò facilius omnium nationum  
 commercium in eam attraheret, liberum et  
 omnibus apertum dixit, mercesque huc apul-  
 sas laevi et exiguis navon Mercatoribus, quorum  
 merces nec evolvuntur nec examinantur, pergrato  
 affect; rursusque ad vota successit.

In poster Hetruriae triremes consistunt, quarum



Magnus Dux quatuor aut quinque semper tenet innotuitas; has Equites S. Stephani concendere solent, ac in iis Mare Sulcantes illud ab infidelium piratis purgant, et varia adversus ipsos bellica virtutis funera adire non desinunt, quorum ebra monumenta Bis in sui Ordinis palatio, tum in Templo videntur.

Liburnus duas habet portas, unam versus Mare, quae scilicet ad portum transitus, alteram versus continentem, qua Regia vocatur, ac mirum in modum ornata est. Mediam Urbem occupat magnum forum quadratum ita tamen, ut ejus longitudo superet illius latitudinem. Omnes illius plateae satis latae sunt, nempe, tribus vel quatuor exceptis, ad lineam ductae, ac magnis et aequalibus lapidibus constructae; ita quoque munda servantur, ut hinc semper pede per eas ambulare liceat. Domus, etiam uniformes haud sunt, tamen pulchrae sunt; jucundumque oculis obiectum. In orientali Urbis termino sita est Ecclesia parochialis aede pulchra et ornata, ut Cathedralis esse mereatur, in opposito occidentali termino tres magnae extant aedes ab Anglis Mercatoribus excitatae. Palatium, in quo Magnus Dux, cum huc venit, demorari solet, magnum plateam, per quam ad portum itur, latus occupat. Aedificium hoc quidam magni nominis Turca, qui in hanc Urbem se receperat, ad normam architecturae orientalis excitavit, quod moriens Magni Ducis testamento reliquit; in eo, post Turcae hujus mortem quaedam factae sunt mutationes ad usum nostrum accommodatae. Tota Urbis regio à foro Magno usque ad occidentalem illius terminum parva Venetia nuncupatur, quod medias plateas canales perfluant magnificis aggeribus coartati, nempe pontibus vel ex toto vel ex parte marmoreis ad certam quandam distantiam juncti.

In aditu portus extat triangulare propugnaculum. Praeter illud ad dexteram portae, quae versus continentem est, collocatum est Castrum oppido munitum non tam ad Urbem protegendam, quam ad sedandos tumultus, qui forte in ea occurrerent.

Extra urbem at portum in medio Maris supra sanum  
 extat Pharus, in cuius Summitate nocte pro navi-  
 gantium securitate et via monstratiōne trigin-  
 ta et aliquot Lampades lucent.

Liburni Sola Religio Catholica publicè exer-  
 ceri permittitur; Greci tamen propriam habent  
 Eulesiam non vulgariter ornata, in qua divi-  
 na Officia iuxta ritum suum celebrant. He-  
 braei quoque, qui huc admodum numerosi sunt,  
 nonnulli tres plateas occupant, suam habent Sy-  
 nagogam. Ceterum cuilibet extraneis licitum  
 est privatione sua cuiuscunque Religionis sacra-  
 peragere, immo exterioris quaedam erga Catho-  
 licam teneatur observantia, nec illius mysteria  
 aut Dogmata impugnet.

Patres Minores, Trinitatis observantiae Liburni ha-  
 bent Monasterium, habent et Trinitarii, item  
 Fratres Hospitalitatis seu misericordiae. Domi-  
 nicani quoque alimitis huius saeculi XVIII. huc Ge-  
 nobium possident, et Jesuita Scholam tenent.

In hac Urbe Seta, gossypii, aluminis Romani,  
 fabarum Arabicarum (Caffè) et aliarum orienta-  
 lium mercium frequens est commercium. Itri-  
 nerantes, ubi Urbem ingrediuntur arma, siquae  
 gestant, ad portam deponere jubentur de licentia  
 gubernatoris Jennis recipienda. Anno 1739.

Sivancius Imperator hanc urbem ingressus, cum  
 adhuc Magnus Haetruriae Rex duntaxat esset, una  
 cum sua conjugē Maria Theresia Hungariae Regina  
 et fratre suo Principe Carolo à Lotharingia Urbem  
 hanc sua praesentia decoravit. Non procul ab  
 ea Super montem excelsum, qui Mons Niger (Mon-  
 te Negro) dicitur, extat Imago miraculosa B.V.  
 Mariae, quam navigantes, specialiter veneran-  
 tur.

30 Volaterra (Vulturna) Civitas Sedes Episcopa-  
 lis ad Eram, vel, ut alii volunt, ad Zambrom-  
 rivum, in excelso monte ita 32. miliaris  
 versus Orientem à Liburno, et 14. ad Occidentem  
 à Colle.

Vetustissima est, ac jam 500. ante Romanam  
 annis statipie dicitur. Duodecim antiquis  
 Haetruria Urbibus à Dionysio Halicarnasensi \* Dionysius ab Hali-

cornafro Arica mino- lib. 3. p. 189 annumeratur. Strabo lib. 5. p. 154.  
 ris seu Natolis Ur- illam in valle collocat à Castro supra collemposito  
 ba patria sua thali- caornafensis dicitur. protestam. Cicero lib. 13. Ep. 4. illam Municipium  
 Sub Augusto Romanum vocat: Frontinus Coloniam fuisse ait. Ab Hun-  
 venit, ubi per 42. nis devastata fuisse dicitur, quam subinde Ottol. Im-  
 annos lingua lati- perator restauravit. Circa annum 1466. à Floren-  
 na ad discenda gra- tinis, quod Civas lata unquam ab ipsi sententia ac-  
 tia demovatus est. quiescere renuerint ac tumultum excitaverint, per  
 Scripsit inter alia unius diei spatium directa fuit.  
 20. libris Antiquita- Moenia, quibus cingitur, ex quadratis lapidibus cons-  
 tes Romanas ab tant, quorum aliqui sex pedes longi sunt ac ita sili-  
 u. c. Olymp. VI. 4. da et coniuncte sibi invicem conglutinati, ut ni-  
 A. M. 3231. A. C. hil pulchrius videre sit. Per quinque portas  
 753. usque ad ad illam patet aditus. Ante quamlibet earum ca-  
 A. U. 488. Olymp. tat Silanus limpidissimam egerens aquam; in ipsa  
 CXXVIII. 3. A. M. Civitate alii duo occurrunt, amnes ingenti veterum  
 3718. A. C. 266. Statuarum ~~partem~~ partem adhuc integram par-  
 è quibus ~~nonni-~~ tim diffractarum copia, necnon variis dimidia-  
 si ii. Supersunt. eminentia figuris, emblematis et Inscrip-  
 Dignus Chronolo- vibus ornati. In ea quoque fons ingens offenditur,  
 gia est accurata cuius aqua ad 10. pedes in altum egeritur; quantoque  
 necnon apud em- in sublimia porrigitur, eo propior est pluvia aut  
 ditos magni fit. tempestas, quod si è contra via ad 5. pedes tollatur,  
 serenam praenuntiat tempestatem.

Jam à Saule Eulacia V. habet Sedem Episcopalem,  
 quam subinde Imperatores praecipue autem Ludovi-  
 cus II. et Carolus IV. variis eximisque privilegiis  
 donarunt. Illius Episcopus S. R. I. Principis titu-  
 lum gestat. Quidam ~~volunt~~ illius esse Archiepis-  
 copo Florentino, alii vero Summae Serbi imme-  
 diate Subjectum dicunt.

Eulacia Cathedralis ad B. V. Mariam nuncupata  
 jam Saule Eulacia I. statisse dicitur. Magnifi-  
 ca est, illamque an. 1284. Nicolaus Bisanus  
 refecit et ampliavit. In ea sub tumulo mar-  
 moreo quiescit corpus Raphaëlis Volaterrani ce-  
 lebris Saule XVI. Scriptoris et hujus Urbis civis.

Sunt etiam varia utriusque Sexus Monaste-  
 ria, Seminarium pro duodecim juvenibus Clericis,  
 et Mons pietatis. Extra Civitatem extat S.  
 Justi Monasterium Camaldulensium, cuius  
 Leo Papa X. adhuc Cardinalis Abbas fuit.

Inter varios celebres viros, quos Volaterra  
 produxit, praeter Raphaëlem Volaterranum,  
 cuius supra meminimus, recensentur S. Linus  
 primus post S. Petrum Pontifex Romanus,

et Persius | Anulus | Filacius Poëta Satyrus, qui  
Sub Nerone Imperatore Roma floruit.

Quidam arbitrantur Volaterram esse Senam  
Stephani Byzantini.

Ager ejus admodum fertilis est. In eo etiam  
occurunt fontes salubres, salis, aris, chalcanti,  
sulphuris, terra auripigmento similis, alabaster,  
porphyritis, serpentarii, et exiguum lapis lazuli  
colorum magni apud Pictores pretii fodine.  
Item lapicidina, à quibus pretiosi lapides eruntur.

4<sup>o</sup> Collis | Colle: | Urbis exigua supra collem, unde  
nomen sortita videtur, ad Elcum rivum posita  
Senas inter et Volaterras illi ad occidentem et  
iti ad orientem 14. vel 15. ab utraque. Ha-  
bet Episcopum Metropolitanum Florentino sub-  
jectum. Idius Incola Collegiani vocantur.

### S.III.

109.

#### De Territorio Senensi.

Territorium Senense seu Ager Senensis | Il Se-  
nese vel Senese: | limites habet ad Septentrionem  
Agri Florentini; ad Austrum Mare Mediterra-  
neum quod Tuscum seu Thyrrenum vocatur; ad  
orientem Agros Cassinensem, Urbiventanum et  
Ducatum Castroensem; ad occidentem vero partem  
Agri Florentini et Mare Tuscum. Ab Orien-  
te ad occidentem ad 65. miliaria, et ad totidem  
à Septentrione ad Austrum porrigitur.

Versus Maris littora non adeo fertilis est, et ple-  
rumque magis montosus quam Ager Florentinus.  
Attamen in eo multi occurrunt. Tractus venus-  
ti praesertim circum illius Metropolis, ubi est  
abundantia frumenti, oleum, foetum arboru-  
m, rei pumariae, cocconum, et vini opti-  
mi. Variis vicis pituribus, non secus ac  
ipfius Metropolis fuit obnoxius, quas mox refere-  
mus. Accenseri hui meretur

1<sup>o</sup> Sena, Sena Julia | Siena: | Caput Agri, cui  
nomen tribuit supra tres colles posita 29. miliaris  
ad occidentem à Monte Solitiano, et totidem ad  
Austrum à Florentia sub 90. long. 31. m. 36. lat.  
43. m. 11. Antiqua est, et à Gallis Senonibus  
sub suo Tunc Brenno excitata dicitur. Plinius  
Coloniam Senensem illam vocat, et Tautus Colo-  
niam Senensem, item Glebem Senensem.

Cato, Itinerarium Antonini, et Ptolomaeus illam Senam nuntiant, hincque Tuscia seu Tetravicia Urbibus eam annumerat.

Civitas haec inter disturbia quibus Saeculo XIII. Imperium penè excessum fuit, aliarum sibi vicinarum Urbium exemplum secuta, se ab Imperio, cui subiecta erat, sejunxit, ac in liberam Rempublicam crevit; suamque libertatem subinde tuta est praesertim adversus Florentinos, quos prope Roburiam fluvium quatuor à Senis miliaribus praesidio devicit 3000. eorum interfectione delatis et 4000. captis. At sub finem Saeculi XV. Bandolphus Petruccius interceptam subegit, et in ea crudeli tyrannide interfectis multis Nobilibus ac etiam consanguineis suis usque ad mortem Dominatus est. Post ejus obitum Cives ejectis ipsius filii nonnullis illorum factionis nobilibus sub initium Saeculi XVI. in pristinam se afferere libertatem, qua sub Imperatorum tutela sat diu fuiti sunt, ac anno 1526. die 8. Jacobo Laurentio Florentino Petruccios restituere conati nonnulli hunc in finem Senas obidentes ab ipsis fugati sunt relictis 15 tormentis et omni apparatu bellico impendimentisque. Tandem bellum quod eodem Saeculo XVI. Hispanos inter et Gallos in Italia viguit, Senensium libertati finem fecit; enimvero Carolus V. Imperator in Urbem hanc civibus invitis praesidium intulit, inobsequaque post annis in illa regiminis formam immutavit; id agrè admodum ferentes Cives anno 1552. vocatis in auxilium Gallis Casareum praesidium expulerunt; tunc Carolus illos anathemate perculit, et anno 1554. motis ad Urbem Castris post 10. mensium obsidionem illam pacis conditionibus obtinuit, quibus cum Cives haud steterant, omnibus suis privilegiis nudatos Carolus Philippo filio suo Hispaniarum Regi unicum cum Urbe tradidit in feudum, qui anno sequenti eandem Cosmo I. de Medicis Duci Florentino, in compensationem magnarum pecuniarum summatarum, quas ipse Domini Austriacae representarat, tanquam subfeudum reliquit, reservatis sibi duntaxat aliquot ad Majoris litte locis, quae sub nomine Status Praesidiorum s; Stato deli Praesidii; comprehenduntur.

4 an. 1547.

Civitati huic Magni Hetruriae Ducis Principatus seu Republicae umbram quandam reliquerunt, servato ei, qui olim eidem praerat, Vexilliferi | Gonfaloniere: | titulo, remanente penes Gubernatorem à Magna Duce constitutum tota auctoritate, ita ut Vexillifer iste ab ipsius vultu omnino pendeat.

Senis Archiepiscopus residet, adestque Universitas, necnon Eruditorum, qui Intonatati vocantur, Societas: in id praecipue incumbunt, quo Eloquentia, Poësis, aliaque sublimiores Scientiae et Artes promoveantur.

Urbis haec pulchra est, domos habet uniformes, plateae ejus lateribus constratae sunt et semper munda, at in hoc incommoda, quod per illas semper aut descendere aut ascendere oporteat, earum tamen inaequalitas efficit, ut domus tanto puriori fuerant aëre, quippe quod nulla obrit, quominus alia ab eo inspiraretur, unde paucae sunt in toto terrarum orbe Civitates, quae salubriores sint, et in quibus incolae minus sint morbis obnoxii.

Inter multos Silanos, quibus ornata est, eminet illa, qui in magno foro ante Praetorium seu Basilicam civilem satis magnificentia aedificium, positus est, praeter stupendam aquam, quam ejiicit, copiam omnibus in ornamentis superbit, quae à peritissimis Architectis, Sculptoribus, aliisque Artificibus excogitari potuerunt.

Ecclesia Cathedralis tota marmorea est Gothicum Opus. Praeter eam quamplures aliae Senis numerantur, et omnium fere Ordinum Virorum aequè ac Mulierum Cenobia.

Nicolaus Papa II. qui ab an. 1059. usque ad an. 1061. rebus Ecclesiae praefuit, in hac Civitate Concilium habuit, cui 170. Episcopi interfuerunt, in quo sancitum fuit ad solos Cardinales spectare Summorum Pontificum Electionem, prout videre est in Decreto Gratiani Dist. 23.

Civitas haec multos magnos viros protulit, qui tam Scientiâ quam pietate clarescunt, ac inter alios S. Bernardinum, qui Ordinem Fratrum Minorum restauravit, ac postea à Papa Nicolao V. inter Sanctos relatus est; Beatum Ambrosium Blancum | Bianco: | Ordinis Praedicatorum; Beatum Joannem

Colombinam Ordinis Jesuatorum fundatorem; Alex-  
andrum Papam III. qui quatuor Antipapas, quos  
ipfi Fredericus Ansbardus opposuit, magna con-  
stantia et vita sanctitate deviet; Cuius II. \*  
Bius Papa II. Corsi- et Cuius III. ambos ex Piccolominorum familia ori-  
niani, quod Oppi- undos. Prior antequam ad Papatum eveheretur  
dum fuit, ab ipso de- Henricus Sylvius vocabatur: Dexterrimus erat simul et  
inde Uobis factum eloquentissimus, ac proclavis virtutibus huius ad San-  
et ab ipso nomi- Pontificatus fastigium pervenit: multa  
ne Scientia dicta: praestantia edidit Opera, ac inter alia collectionem  
attamen Senis ori- Epistolarum et Orationum, Descriptionem Europa  
undus dicitur, quod et quaedam Historias, item exiguum Opus De Do-  
ipfius familia in natione à Constantino Calocria facta, quod im-  
ca demorari solita perfectum reliquit. Inter Sanctos, quos Sena-  
sit, Corsinianum rum Civitas Calocria dedit, prosequitur celebratur  
que ad ipsam specta- S. Catharina & qua Roma anno 1380. obiit, ac  
rit. ibidem in Calocria S. Maria De Minerva: De la  
& tertii Ordinis Minerva: tumulata fuit, ante et post mortem  
Tratorum Prae- mirabilis clara, quam Bius Papa II. an. 1461.  
dicantium, 20. Aprilis in Sanctorum numerum retulit.

Et Senis quoque multi prodierunt Cardinales,  
ac inter alios Alphonsus Bandulphi Betonicii  
Senarum Tyranni filius, quem Leo Papa X.  
quod ipfius vitae invidiatus fuerit, Roma in  
Castro S. Angeli suffocari iussit.

Ubi inuicem Castro apprimè munitum. In  
ea undecim civiter animarum milia numeran-  
tur. Magistratus constat novem personis qua-  
rum Caput Vexillifer nomen patet. Archiepis-  
copi palatium speciosum est et magnificentum.

Ceterum Senenses Sineri dicuntur et liberales,  
ac plerumque hospitalitatem apprimè colunt; pro-  
tiosè vestiuntur, enterumque amant appa-  
raturum; antiquam libertatem suam suspirare  
videntur.

20. Massa Veteranensis: Massa: Urbs exigui  
ambitus in monte posita versus Mare 36. milia-  
ris versus Africum à Senis et 20. ad Euro- aquido-  
ne-mesem à Blumbino; et 16. civiter ab ea loco,  
ubi olim Populonia stetit, quae Vetulonia  
meminere Composam à Populonia ortum habuisse. Propertius in  
Mela lib. 3. c. 5. et Plinius lib. 3. c. 1. qui illam  
14. c. 1. qui illam

\* Populonia Urbs  
Hetruria. Illius  
meminere Compos-  
nius Mela lib. 3.  
c. 5. et Plinius lib.  
14. c. 1. qui illam

Volterranus vocat. Quidam contendunt Mas-  
sam à Populonia ortum habuisse. Propertius in  
Mela lib. 3. c. 5. et Plinius lib. 3. c. 1. qui illam  
14. c. 1. qui illam

bojot. Saltem certum est, ex Populonia minus illam ad medium auctam fuisse. Olim melior, quam nunc, fuit illius conditio, ut quae Sivas inter et Senas aequilibrium tenuerit. Illius Insula Masserani vocantur, qui ob insalubrem aërem admodum pauci sunt ita, ut aestatis tempore vix 500. in hyeme vero 1000. circiter in ea numerentur.

Habet Sedem Episcopalem ab eo tempore, quo Populonia exiit, tum enim Populonia Episcopi in ea residere coeperunt atque etiam Masserani Antistites simul dicti sunt. Episcopatus iste olim Summa Sedi immediate subiectus fuit, postea Archiepiscopo Pisano, ac demum Senensi.

Massa praeter Ecclesiam Cathedralam, adest Basilicalis, item tria vivorum et unum Virginitatis Coenobia, Xenodochium et quinque Confraternitates laicorum. Diocesis Masserana 16. urbes complectitur et 16000. incolas, 100. Clericos, et 50. regulares.

3<sup>o</sup> Castellio: Castiglione di Benaria: Urbs seu Oppidum ad occidentalem versus Austrom ripam Lacus, qui ab ipsa Castellione dicitur, 16. miliaribus ad Austrom a Massa haud procul à Mari et in confinis Principatus Plumbini situm.

Lacus iste à Bomis flumine ex quo oritur, et quibusdam rivis augetur. Triangularis est, ad illius Septentrionalem angulum situm est Buriana Oppidum, quod creditur esse Salembrona Antonini, ubi Bomus in illum incidit. ad occidentalem angulum suum mari iungitur. Veteres illum Proclium vocavere, quem corrupta voce quidam Ammanenses Aprilem scriperunt. Interdum etiam Lacus Burianus dicitur à Buriana Oppido.

4<sup>o</sup> Grossetum seu Rosetum: Grosseto: Urbs exigua unam Arce satis munita. 12. miliaribus ad occidentem Castellione posita. Est Sedes Episcopi Archiepiscopo Senensi subiecti. Paucos numerat Incolas.

5<sup>o</sup> Suana seu Suanum: Soana: ad Floram: Flore: fluvium in monte at confinis Sitionis Pontificia 20. miliaribus ad Euronotum à Senis. In Fragmentis Originum Catonis illius fit mentio.

Populonium Etruscum, et alibi simpliciter Populonium vocat.

Jam an. 550. Sedem habuit Episcopalem, quae post illius exiitiam Massam translatam fuit. Quidam volunt eam vel à Coris vel à Belasgis fuisse excitatam.

Olim potentissima fuit, ac Etrusci navalia sua utililia inde afferuntur. Primum Sylla illam vastavit; restauratam Cassius M. solo aperit.

Olim potentissima fuit, ac Etrusci navalia sua utililia inde afferuntur. Primum Sylla illam vastavit; restauratam Cassius M. solo aperit.

Olim potentissima fuit, ac Etrusci navalia sua utililia inde afferuntur. Primum Sylla illam vastavit; restauratam Cassius M. solo aperit.

...m; hae  
...ragas, quos  
...gnat  
...um II. 4  
...militari  
...cheatur  
...t. hinc  
...is ad  
...multa  
...dicitur  
...em  
...y. de  
...quod  
...os  
...bratur  
...bit, ac  
...i. della  
...mortem  
...en. 1468.  
...bit.  
...ale,  
...etru  
...na.  
...e in  
...m. de  
...am  
...nis  
...rhis  
...icum.  
...liber  
...at; po  
...appa  
...irare  
...iqui  
...milia  
...mido  
...loro,  
...mas  
...sibus  
...stif  
...or



Ortalius conjicit illam esse Suanam Stolomai. Saeculo VI. vel VII. fuit Sedes Episcopalis sub Metropoli Senensi, ac temporis Successu in deteriorem abiit conditionem, quod insalubri, quae in ea spirat, aura tribuitur; unde etiam paucos habet incolas. Ex eo tamen celebris est, quod patria sit Gregorii Baptista VII. qui primus ope Mathildis Herouia Principis, quamvis ipsi magna fuit necessitudo, Imperatorum jugum, cui Summi Pontifices haecenus subsueverant, exiit.

6<sup>o</sup> Mons Alcinus, seu Mons Alcinus, item Mons Fleinensis [Montaleino seu Monte Alcinus] Urbs supra montem posita 12. miliaribus ad occidentem à Corsinians [Bienna]. Jam aliquot ante Christi ortum stetit et habitata fuit, Romani-que sub Caji Attilii Consulatu tutum asylum adversus Gallos in ea quasiverunt. Naturam unitam praedicant Antoninus in Itinerario et Cato in Fragm. de Originibus. Successu temporis Mons luis dicta est, ex quo nomine Mons Fleinus et Mons Alcinus factus est.

Longobardi, ubi in Italiam invenerunt, Montem hunc habitavere, tum Grani sub Carolo Magno illum occupaverunt; post ipsos vicini Rusellani in eum se-derunt, eique varia addiderunt aedificia. Tandem Bius Bapa II. an. 1462. illum Civitatem fecit Episcopalem. Urbs haec parva quidem est sed populosa, ut quae circa 4000. incolarum contineat. Praeter Euleciam Cathedralem, adhuc quatuor Parochiales in ea numerantur, necnon aliquot utriusque sexus Monasteria.

Hujus loci vetustatem produnt Ethnica Epitaphia, antiqua monetae, et gigantum ossa, quae ibidem reperuntur; ajuntque S. Lucia, quae hic extat Euleciam Martis Templum fuisse. In Suburbio Ecclesia B. V. Mariae à B. Petro Apostolo, qui aliquamdiu in vicinis hinc substitit, multosque in vicinis balnea Baptizaverunt, consecrata fuisse dicitur. Hujus Urbis Episcopus antehac Archiepiscopi Senensis Suffraganeus fuit, modo autem immediate Summae Sedi subjicitur; appellationes tamen ad dictum Archiepiscopum fuerunt. Circum hanc Urbem vina apudna creverunt.

7<sup>o</sup> Rusellae seu Rosella [Rosella seu Mosco-

7 saeculis

\* Rusellani ab Urbem Rusellis dicti.  
De qua non videtur  
erit Como

na: | olim Urbs Invidium veterum Tuscorum Urbibus  
 à Dionysio Halicarnassensi lib. 3. p. 189. annuncie-  
 rata. postmodum facta est Romanorum Colonia,  
 quod Plinius lib. 3. c. 8. memorat, necnon vetus  
 Descriptio apud Holstenium p. 39. prodit. Hujus  
 Urbis Invidias Titus Livius lib. 28. c. 45. Rufella-  
nos vocat. Ut etiam Rufellum Antonini in  
 Itinerario. Modo nomen eius est 5. miliaris  
 versus Septentrionem à Grosseto distans ab Italis  
Rufella seu Moscona dicitur.

80 Pientia | Pienza: | Urbs in fertili montis pla-  
 nitie supra vallem, quam Uria fluvius perfluit,  
 sita 12. miliaris versus Orientem à Monte Alino.  
 Antehac nomen Oppidum fuit Corinianum | Co-  
 rignans: | dicitur. At Pius Papa II. qui hic pri-  
 mam lucem vidit, nomen suum eidem tribuit Ur-  
 bique Episcopalem fecit. Proter Ecclesiam  
 Cathedralam, in ea duo sunt Monasteria unum  
 virorum virginum alterum. Episcopus illius  
 immediate Summa Sedi subiectus est; initio  
 quidem Episcopatus iste, qui ad 14. miliaria por-  
 tigitur, junctus erat Episcopatu Montis Alini,  
 at an. 1599. ab eo separatus fuit, ac proprios Episco-  
 pos habere coepit.

90 Mons Politianus, olim Ab Novas Statuas  
 dicta | Monte Pulciano seu Monte Polciano: |  
 Urbs in monte et confinis Status Pontificii ver-  
 sus Clanis seu Caniè | Chiana: | fluvii paludes sita  
 5. miliaris ad Euro-Aquilone - mesem à Pientia.  
 A Borsena Hetruscorum Rege conditam fuisse  
 ajunt. Habet Sedem Episcopalem anno 1561.  
 à Pio Papa IV. erectam, cujus Diocesis ad unicum  
 distans locum extenditur. Episcopus illius im-  
 mediate Summa Sedi subiectus. Proter Ec-  
 clesiam Cathedralam, in qua unus Diapostus,  
 unus Archidiaconus, Invidium Canonici, et qua-  
 tuor Sacellani Sacra peragunt, adhuc tres hic  
 numerantur Ecclesie Parochiales, tria Monia-  
lium et Septem Monachorum Benobia, unum  
Xenodochium, Montis pietatis, et Seminarium.

Civitas haec diu libera nullique subiecta fuit,  
 at vigente Florentinos inter et Senenses bello,  
 modo illorum modo istorum praeda fuit, donec  
 tandem Florentinis victoribus cepit. Quam-  
 vis illius ambitus ad unum miliarium porrigatur,

attamen vix ultra 200. Incolas continet. Extra illius muros extat Templum B.V. Mariae dicatum, in quo multa fiunt miracula. Solum ejus vinum profert tota Europa celebratum.

10. Clusium | Chiuri seu Camars: | Urbs supra montem propè Clavii paludes sita 10. circiter miliaribus ad Africum à Monte Politiano. Angusta est, ac insalubris aër inodis penè sanam efficit. Livius, Polybius, Strabo, Plinius et alii veteres scriptores illius meminerunt, ac etate Boresina Regis Haetruriae Metropolis fuit. Habet Episcopum Archiepiscopi Senensis Suffraganeum.

11. Radorophanum | Radiorofani seu Radiorofano: | Urbs munita cum Arce, in qua praesidium est, 10. miliaribus versus Austrium à Clusio distans. Hujus Urbis conditorem fuisse ajunt Desiderium Longobardorum Regem. Illam Boemus I. Magnus Haetruriae Dux muniti fecit.

110.

§. IV.

De Principatu Plumbinensi

Principatus Plumbinensis seu Ducatus Plumbinus | Il Principato di Plumbino: | Situs est ad latus Maris Thirokeni inter Bisannum et Senense territoria. Olim pars erat Republicae Bisanae, à qua ad Appianos pervenit, qui illum usque ad an. 1630. possederunt, quo Jacobo VII. Plumbini Principe sine masculo herede è vivis sublato Imperator Ferdinandus II. an. 1631. Principatum hunc Philippo IV. Hispaniarum Regi tradidit. Hic tribus post annis illum Nicolas Ludovisio, qui Jacobi nepotem duxerat, vendidit, retento sibi, quod ab an. 1548. Regibus Hispanis competebat, in Urbe Plumbino jure praesidii. Ipsius filius anno 1699. absque liberis defuncto ad ipsius Sororem natu minimam devolutus est, quae eundem marito suo Georgio II.

\* Soranus Trai- Buoncompagno Duci Sorano\* attulit. Ei anno tus à Sorà Apr. 1700. etiam sine masculo herede devotus huius Regni Neapo- cessit filia natu maxima, quae anno 1702. ipsius utami provinciae fratri adeoque patri suo nupsit, qui provin- urbe sic dicitur capis Plumbinus factus est. At cum in Successio- ejus ipsa Ca- nis Hispanicae bello Gallicas partes amplexus put est. Prin- fuisset, an. 1703. hoc suo Principatu à Cara- cipatus titulo reus exheredatus est, fisco etiam addictis, quas gaudet.

in Regno Neapolitano habebat, possessionibus. Ubi  
autem in bello Colonico Gallo-Hispani Principa-  
tum hunc Carolus VI. Imperatori eripuerunt, an.  
1735. in pace Viennensi seu illius preliminaribus  
Coniugi Principis Plumbini speciali Diplomate  
facultas data fuit ad hunc Principatum ad se  
iure hereditatis pertinentem redeundi.

Ab hoc Principatu pendet Ilva | Elva: |  
Insula, exceptis duobus, qui in ea sunt, Maris  
portibus, scilicet Porto Longo | Porto Lon-  
gone: | et Porto Ferraris seu Cosmopoli | Por-  
to Ferrajo: | quorum prior ad Utriusque Si-  
cilia Regem, alter ad Magnum Hetruriae  
Ducem spectat. Sed de hac Insula suo loco  
plura. Notatur.

1<sup>o</sup> Plumbinum | Plumbino: | Urbs Caput Princi-  
patūs, à qua nomen habet, in littore Maris Thirohe-  
ni sita 20. miliaribus ad Africum à Massa. Oppidū  
munita est. Hispani seu potius utriusque Sicilia  
Reges in ea habent praesidium ab an. 1546. Anno  
1708. Caesarei pro Carolo Austriaco postea Imperato-  
re sub nomine Caroli VI. illam occuparunt; et  
anno 1735. Gallo-Hispani eidem eripuerunt.

Coniiciunt aliqui Urbem hanc esse Populi-  
monum seu Populoniam veterum, id est, Minio-  
rum, Major enim, è cuius minis Minor orta  
est, 4. circiter miliaribus à Plumbino versis  
Portum Baratum sita erat.

2<sup>o</sup> Baratum | Barato: | vicus ad Maris ri-  
pam positus 2. miliaribus ad occidentem à Plum-  
bino. ab eo nomen sortitur Portus Baratus  
| Porto Barato: | Haud procul ab eo Popu-  
loniam, de qua sup. n. 109. 2. in not. egimus,  
fuisse positam; cuius locus in tabulis Geogra-  
phicis sub nomine Populonia destructa ex-  
primitur, ajunt.

3<sup>o</sup> Scardinum | Scardino: | Oppidum cum  
Arce 10. miliaribus ad Austrum à Massa, et  
12. ad orientem à Plumbino. Ostelius putat  
illud esse Scaprium seu Scabrum Portum, de  
quo Antoninus meminit in suo Itinerario  
Maritimo.

## De Statu Praesidiorum.

Status Praesidiorum seu Praesidii | Lo Stato  
 dell' Praesidii vel del Praesidio: | Tractus est  
 exiguus ad Maris litoris, et in parte australi Senen-  
 sis Agri, necnon in confiniis Patrimonii S. Be-  
 7 Status Praesidii tri Situs. 4 Olim ad Rempublicam Senensem  
 min dicitur, pertinuit; verum ubi Philippus II. Utriusque  
 quod utriusque Sicilia et Hispaniarum Rex Duci Hiberniae  
 Sicilia Rex in Senense territorium cepit sibi districtum  
 idius variis locis hunc retinuit. In Successionis Hispanicae  
 praesidium ha- bello Casareo pro Carolo Austriae postea Im-  
 beat. peratore illum occupaverunt, quem deinde  
 anno 1735. novus utriusque Sicilia Rex  
 Carolus Philippi V. Hispaniarum Regis fili-  
 us ipsi eripuit. In eo occurrit

1<sup>o</sup> Orbitellum | Orbitello: | Urbs Caput Tractus,  
 in exigua terra lingua intra Lacum, quia ab  
 ipsa nomen habet, ac à Strabone Stagnum  
Marinum vocatur, necnon versus Occidentem  
 Marii jungitur, et sub Argentario | Argentaro: |  
 monte sita 26. miliaris ad Afrinum à Castro  
 Urbe Pontificia. Anno 1707. 20. Decembris  
 Casareo illam Gallo-Hispanis eriperunt, et  
 hi anno 1735. Dennis recuperarunt.

2<sup>o</sup> Portus S. Stephani | Porto San Stepha-  
 no: | in litore Maris Thirrheni portus est 7.  
 miliaris versus Occidentem ab Orbitello.  
 Vix nomen Portus meretur, ut qui omnibus ven-  
 tis, si Eorum et ex parte Austrorum excipias, sit  
 expositus. In litore extat Sacellum, et  
 supra illud loco eminenti exiguum propugna-  
 culum seu turris munita. Ajunt, olim pro-  
 pe Sacellum istud angustam extitisse Urbem,  
 de qua tamen jam à longo tempore nulla fue-  
 ta fuit mentio, forte quia Barbarorum gressa-  
 tiones Incolas aliò se recipere coegerunt.

Tres vel quatuor viles domus huc sunt resi-  
 duae. Sacellum à Cruce, quae supra ipsius por-  
 tam eminet, et ab altari merè lapides, quod  
 in eo est, dignoscitur; Nautici huc apellen-  
 tes, illud intrant, et in illo ignem excitant,  
 ac verisimiliter cibos coquunt.

3<sup>o</sup> Telamon: | Telamone, Telamon, Talamo-  
na, Porto Talamona: | Urbs exigua cum parvo  
portu ad Ostium Osae fluvii sita 9. miliaris ad  
Septentrionem à Porto S. Stephani. Extremi-  
tatem Sani praerupti occupat, et à castro muni-  
to protegitur. Antiquissima est, ejusque Ro-  
mani Scriptores frequentes meminere; ac pro-  
pè Romani A. U. 529. insignem victoriam quibusdam  
de Galis reportarunt. Nomen à Telamone  
celebri Heroe ~~romano~~ adeptam esse dicunt.

In Successionis Hispanica bello Casaris ces-  
sit, quam an. 1735. Gallo-Hispani illis eripe-  
runt.

4<sup>o</sup> Portus Herulis: | Porto Hendle: | Oppi-  
dum seu urbs exigua unicum portu, cui no-  
men tribuit, in littore maris sita 6. millia-  
ris ad Austrum ab Orbetulo. ab Aere muni-  
ta protegitur. Vetusissima est, praesertim  
si supponatur conditorem habuisse Herulem,  
ac ibi Argonautarum clavam in Aeneas consti-  
tisse. Anno 1712. illam obtinuerunt Casarii,  
quibus anno 1735. Gallo-Hispani eam eripe-  
runt.

Sectio II.

112.

De Statu Eularia seu Di-  
tione Pontificis.

Status Eularia seu Ditis Pontificis: | Stato  
della Chiesa: | sic dicitur quod Summus Pontifex  
Supremâ potestate in eo Dominetur. ad Sep-  
tentrionem Dominio Veneto et Mari Adriatico;  
ad Orientem Regno Neapolitano; ad Meridi-  
em Mari Tusco seu Thirrheno cingitur; et ad  
Occidentem finitimus est Hetruria, et Duca-  
tibus Mutinensi, Mirandulano et Mantua-  
no. Ejus longitudo ab Anagnino ad Caerum, si-  
licet à Terracina usque ad fines Peninsulae  
Rhodiginae ad 90. vixiter miliaria porrigitur; & Germanica  
et maxima ejus latitudo ab Anagnina Centum  
cellas: | Civita Vecchia: | <sup>usque</sup> ultra 44. miliaria Ger-  
manica non protenditur. alii ejus longitu-  
dinem ad 340. miliaria Italica, et latitu-  
dinem ad 150. duntaxat protendunt.  
Mons Apenninus Statum hunc in duas par-

Lo Stat  
tus est  
li S. Be  
enusem  
trinsqu  
ctoria  
ctum  
anica  
tea ju  
n Scia  
a Rea  
gis fili  
t. Tract  
qui ab  
quum  
ntem  
gentar  
Castro  
embis  
nt, et  
lepha-  
st 7.  
do.  
bus ve  
ias, sit  
on, et  
agra-  
n pro-  
hem,  
a fue-  
grosso  
t. resi  
ius po  
s, quod  
ellen-  
tant,

203  
tas dividit Septentrionalem nempe et Austra-  
lem. Ubique in eo spissus spirat aër, multisque  
in locis propter paludes et solum uliginosum insalu-  
ber, quod Incolarum numerum haud parum minuit.  
Nihilominus frumenti, vini, olei, aliorumque fruc-  
tuum feracissimus est.

Incolae caeteris Italis meliores haud sunt, nec vir-  
tutibus nec vitis carent. Elegantius quam cae-  
teri Itali linguam Italianam, qua ipsi materna  
est, loqui dicuntur. Litteras impense colunt,  
quamvis impensius eas colere possent, tum propter  
praestantissimas Bibliothecas, tum propter viros  
omnium Scientiarum virtute celebres Magistros  
qui Romae sunt. Commemium apud ipsos satis  
floret. Catholicam Religionem profitentur  
nec apud ipsos alia toleratur; at tamen Romae  
multi sunt Iudaei.

Status iste Indecim exiguis provinciis com-  
ponitur, suntque Ducatus Ferrariensis;  
Territorium Bononiense; Romandiola;  
Ducatus Urbinas; Marchia Anconitana;  
Umbria seu Ducatus Spoletanus; Ager  
Bersinus; Sabina; Ager Uvberetanus;  
Campania Romana; Patrimonium S.  
Petri; et Ducatus Castroensis. Haec pro-  
vincia ex Bipino, Caroli Magni, Ludovici III,  
Caroli Calvi, et illorum Successorum Franciae  
Regum et Occidentis Imperatorum, non  
famosa Mathildis, Hetruriae Principis munifi-  
centia et liberalitate Summis Pontificibus  
asscripta fuerunt: imò volunt aliqui jam die  
ante ipsorum aetatem Constantinum Magnum  
S. Sylvestro Papa provinciam illam, quae ideo  
Patrimonium S. Petri nuncupatur, unacum  
Urbe Romae dono dedisse. Quod an verum sit  
huc nostra haud interest scire.

Præter has provincias Papa tanquam supre-  
mus Dominus in Regno Neapolitano Ducatum  
Beneventanum, de quo hoc loco disseremus,  
et in Franciae regione Provincia dicta Comi-  
tatum Vendascensium, quem Lib. 2. c. 10. §. 14.  
n. 123. et seqq. expendimus, tenet. Insuper cum in  
Gallia tum in Italia multos habet Clientes  
Beneficiarios seu, ut vocant, Vassallos, inter

quos aminat Rex Neapolitanus, cuius Regnum Summae  
Sedis feudum est. Antehac etiam Ducatus Bar-  
menis et Placentinus etiam Papa feuda erant,  
at ab anno 1732. ad Imperium rediere. vid. dic-  
ta hic C. i. Sect. 4. n. 68.

Memoratis Status Ecclesiastici provinciis Locum-  
tenentes à Capa proficiuntur, qui eas sub lega-  
torum nomine gubernant. modo illas ordi-  
ne à nobis supra praescripto expendimus. Sit

§. 1.

## De Ducatu Ferrariensi

Ducatus Ferrariensis [Il Ferrarese Ducato:]  
olim proprios Duces habuit ex prosapia Atestina  
[Este:] qui simul Mutinensem et Regiensem  
Ducatus possidebant. Bifariam divisus erat,  
scilicet in Ducatum Ferrariensem et Beninse-  
lam Rhodiginam; verum circa an. 1500. Res-  
publica Veneta Beninfulam hanc sibi subiecit,  
quam haec tenet retinuit.

Inter Dominia, quae Mathildis Tertiae Principis  
Summae Sedis testamentis reliquit, etiam fuit  
Ducatus, tunc Marchionatus, duntaxat, Ferrari-  
ensis; unde factum, ut qui subinde illum posse-  
derunt Atestini tanquam Papae feudatarii  
censi fuerint. Anno 1470. à Paulo Papa II. Du-  
catus factus est in persona Bosonis, quem jam  
anno 1452. Fridericus III. Imperator Austria-  
cus Mutina et Regii Ducem creaverat, hincque  
binos hos Ducatus iterum Imperio junxerat. At  
postmodum obstiterunt Summi Pontifices Ma-  
thildis Donationem obtinentes, donec anno  
1531. Carolus V. Imperator ab Alphonso Muti-  
na, Regii, et Ferraria possessore Clemente  
Papa VII. annuente in hac de horum Ducatum  
proprietas inter ipsos vertente causa arbiter  
constitutus decrevit Mutinensem et Regien-  
semque dictum Alphonsum pertinere necnon q. Ducatus  
Imperii feuda esse, Ferrariensem vero post  
exhibitam Summo Pontifici certam pecuniam  
Summam ab eodem dicto Alphonso in feu-  
dum tradi debere; cui sententia Pontifex,  
quod ei haud placeret, in speciem duntaxat  
acquievit, cumque anno 1597. Alphon-  
sus II. horum trium Ducatum possessor legiti-

113.

\* vid. Sup. hic Sect. 1.  
n. 106.

Inter Dominia,  
quae dicta Mathildis  
Summae Sedis reli-  
quit, fuerat Duce-  
tus Mantuanus,  
Mutinensis, Re-  
giensis, Barman-  
sis, Placentinus,  
et Ferrariensis.  
Omnes hos Ducatus,  
prater Ferrariem,  
Imperatores  
Successive Imperio  
vindicaunt.



\* Monticulus  
 | Montebio  
 Ubs unicum  
 Vicariatu ad Len-  
 tiam sub Britiam  
 | Lanza: | fluvium  
 in plaga Occiden-  
 tali Ducatus Regien-  
 sis, et confinis Du-  
 catu Paonensis Va-  
 ronam inter et Vi-  
 centiam posita.  
 Satis ampla est et  
 numita, nemor  
 Marchionatus ti-  
 tulo gaudet. In  
 hac ora olim po-  
 puli Trianenses  
 dicti vaserunt.

mus improles an. 1597. Iosephets, successorem  
 reliquit Casarem Atostinum | Esto: | Montice-  
 li: | Montebio: | Marchionem filium Avili Al-  
 phonsi I. quam ipse ex civis cuiusdam Ferrariensis  
 filia | nobilem fuisse ajunt: | quam secundis imp-  
 tiis ex concubina conjugem suam fecerat, suc-  
 cessit; Verum Clemens VIII. qui tunc res Ecclesiae  
 moderabatur, Casarem hunc ineptum Declara-  
 tati Ducatus Regien. vit, qui sus ex fratre nepoti succederet, Du-  
 catuque Ferrariensem Camera Apostolica  
 addixit, Casar tamen Mutinensem et Regi-  
 ansem Ducatus retinuit, eorumque investi-  
 turam ab Imperatore Rudolpho II. obtinuit,  
 quos ad successores suos transmissit, qui illis  
 Suprema auctoritate tanquam Imperii Sen-  
 datarii Dominantur.

Ducatus Ferrariensis limites habet ad Septen-  
 trionem Peninsulam Rhoviginam; ad Occidentem  
 Ducatum Mantuanum; ad Meridiem Territori-  
 um Bononiense et Romandiolam propriam; et  
 ad Orientem Venetum Maris Sinum. Solum  
 habet ubique fertilissimum sed sepe frum et  
 uliginosum, proinde non satis salubre. Pri-  
 us partes sunt Peninsula Arianaensis | Polcin  
 d' Ariano: | Peninsula Ferrariensis | Polcin di  
 Ferrara: | Peninsula S. Georgii | Polcin di  
 San Georgio: | et Valles Comaenses | Valli di  
 Comaebio: |

Peninsula Arianaensis exigui est ambitus, con-  
 finis est ad Euro-Aquilone - Mesem magno Padis  
 fluminis brachio; ad Septentrionem eundem ejus-  
 dem fluminis Ramo; ad Orientem Venetis Ma-  
 ris Sinui, et ad Meridiem altero Padis Ramo,  
 qui Padus Arianaensis | Po di Ariano: | vocatur.

Peninsula Ferrariensis | Polcin di Ferrara: |  
 intra magnum Padis brachium versus Septentrio-  
 nem, et Padem Ferrariensem seu Volaniensem  
 | di Volana: | versus Austrum continetur.

Peninsula S. Georgii, inter binos Padis ra-  
 mos, quorum unus Padus Ferrariensis, seu Vo-  
 lanensis, alter Argentiarius | Po di Argenta: |  
 vocatur, porrigitur usque ad paludes Valles Coma-  
 censes dictas porrigitur.

Valles Comacenas | Valli di Comachio:|. Sic vocatur  
 Calus circum Comaculum urbem posita. Inter  
 Braclia Badi Volanense et Primarium versus  
 Beninculani S. Georgii porrigitur, et versus Ori-  
 entem Veneti Maris Sinum attingit. Ejus ambi-  
 tus est circiter 90. miliarium Italicorum. a  
 suis Salis ferdinis celebratur. Notatur

1. Ferraria | Ferrara:| Metropolis Ducatus  
 ad brachium quoddam Badi, quod Incola Padum  
 mortuum | Po morto:| vocant in confinis Domini  
 Veneti Mirandulam inter et Comaculum sita, 30.  
 circiter miliaris ad Septentrionem à Bononia.

Habet Sedem Archiepiscopalem ab anno 1735. cum  
 prius fuisset Episcopalis duntaxat. Sub Metropoli Ra-  
 vennatensi. Sub Duibus, qui in ea Regiam  
 habere, populoripima erat, modo verò ita pau-  
 cos complectitur Incolas, ut in ea plures esse Do-  
 mus videantur, quam Cives, ampla enim est.

Antiqua foret, si verum esset, eam esse Ta-  
 citi Torum Alieui seu Alieui. Non tenent, qui  
 dicunt eam post diluuium conditam fuisse, at-  
 tamen verisimile videtur illam ante tempora Sma-  
 ragdi Secundi Exarchi Ravennatensis, à quo  
 circa finem Saeculi VI. moenibus ciuita est, non  
 nisi Bagum fuisse, ac primum centum fere post  
 annis sub Pontificatu Vitaliani, qui ab an. 655.  
 usque ad an. 669. rebus Ecclesiae praefuit, Urbis  
 nomen gessisse.

Ejus ambitus est quatuor miliarium, vali-  
 disque moenibus et propugnaculis cingitur; ei eti-  
 am imminet Arx munita. Platea ejus pulchra,  
 recta, et lata sunt, tantaque longitudinis, ut pass  
 illarum oculorum ariem fugiat. Magnum forum,  
 praeter magnifica palatia, quibus ferme totum  
 cingitur, ornant bina aerea Statua binos Prin-  
 cipes Aeternos exhibentes. Illud imprimis specta-  
 bilem efficit Ecclesia Cathedralis, cujus vel propy-  
 laeum ob suam architecturam intuentes rapit  
 in admirationem; tribus columnarum seriebus  
 suffulcitur, inter quas hibi inuicem intermixtas sunt  
 portuulae, quae illam magnificam efficiunt, si-  
 mulque antiquissimam produnt; parua autem

ejus est marmorum; axillis picturis aliisque om-  
nis generis ornamentis superbit; in ea etiam sunt  
multorum Principum et Episcoporum Ferravensium  
Mausolea.

Præter hanc Cathedralem Ecclesiam varia ad-  
huc Ferraria numerantur omnes Splendide,  
et variorum Ordinum, ut Carmelitarum, Fran-  
ciscanorum, Theatinorum, Dominicanorum,  
Benedictinorum, &c. Monasteria.

Inter palatia emineret videtur Prætorium  
sive Basilica civilis; olim erat Nobilium pala-  
tium. Papa Legatus seu Lamentens residet  
in veteri quodam Ducali palatio, quod quadrata  
turris munitur, quæ quatuor magnis alis junc-  
ta amplam quadratam arcam continent posti-  
cibus, aliquot marmoreis Statuis, et pulchris pic-  
turis Atentina prosapia Genealogiam exhibenti-  
bus ornata.

Anno 1101. Civitas hæc adversus Mathildem Tur-  
cia Principem rebelavit, unde et obsessa fuit,  
donec compositis inter illam et ipsos Cives iusta fue-  
rit. Anno 1438. hic Concilium Florentinum,  
postquam Basileense ab Eugenio Papa IV. per Solem-  
nem Declarationem abrogatum fuisset, initium  
sumit. An. 1586. in hac Civitate foedus con-  
tra Protestantem initium fuit. Anno 1570. Ferraria  
intra quadraginta horarum spatium 160. Fer-  
ra motus sustinuit, quibus pene devastata fuit.

Anno 1708. Casarei, cum Clementem Papam XI. inter  
et Josephum I. Imperatorem vigerent similitates,  
illam occupaverunt.

Inter viros celebres quos Ferraria protulit recen-  
sentur Guido Bentivoglio sive Bentivoglio; egregius  
Negotiorum gestor, Historicus et Cardinalis, qui  
an. 1579. natus, an. 1620. postquam Nuntius in  
Gallia fuisset, Cardinalis factus, brevi post pa-  
tronum suum Urbanum Papam VIII. qui ab an.  
1623. usque ad an. 1644. Ecclesia clarum tenuit,  
et cuius successor destinabatur, à vitâ secessit.  
Ludovicus Ariostus sive Ariosto; inter Poetas Ita-  
los celebris obiit an. 1533. Joannes Baptistæ  
Guarinis sive Guarini; mortuus est an. 1613. exceden-  
tia ab ipso habemus præmata, inter quæ eminent  
Pastorale Pastor sive Dicitum.

2<sup>o</sup> Lacus obscurus | Lago Scuro seu Lago oscuro: | locus exiguus at apertus ad sinistram Padis ripam, qui ibidem ponte jungitur, situs 7. milliariis ad Septentrionem à Ferraria. In Sacerdotum Hispanica bello galli, quo Casareorum in agrum Mantuanum incursionem impedirent, locum hunc propugnaculis et praesidiis munierunt. Postmodum Copia Papales adversus Casaros idem occuparunt, et quantum possibile fuit vallibus obfirmarunt; nihilominus ipsis minime obstantibus Casarei idem obtinuerunt ac propugnaculis munitur.

3<sup>o</sup> Arianum | Ariano: | Oppidum in confinis Domini Veneti ad ripam Brachii Padis fluminis, quod propterea Padus Arianus | Il Po d' Ariano: | vocatur, situm 28. milliariis ad Eux. Aquilone - Mesem à Ferraria. Obisopotiam nomen habet exiguus districtus, qui Peninsula Ariana | Polserin d' Ariano: | nuncupatur.

4<sup>o</sup> Volana | Volano Volana, Olana: | Oppidum versus Ostium et ad dexteram brachii fluminis Padis, quod obisopo Padus Volanus | Po di Volana: | dicitur 11. milliariis ad Septentrionem à Comaclo. Oppidum istud, quod portu introitus est, an. 1702. Eques Turbinus | Le Chevalier de Tourbin: | qui cum aliquot Gallis navibus propè illud consistebat, diripuit.

5<sup>o</sup> Argentia | Argenta: | Oppidum una cum Arce in Peninsula S. Georgii ad vates Brachium Padis, quod obisopo nomine Padus Argentinus | Il Po d' Argenta: | vocatur, situm 15. milliariis ad Euronotum à Ferraria. Nomen habere dicitur ab Argento, quod Incola singulis annis Archiepiscopo Solvere tenentur. Anno 1708. vigentibus Imperatorum inter et Capam discordiis Casarei Oppidum <sup>hoc</sup> occuparunt, ac avenire coeperunt, verum postea idem deseruere.

6<sup>o</sup> Comaclum seu Comacula | Comachio seu Comacchio: | Urbs Caput Comitatus inter paludes, quae valles Comacenses vocantur, sita 18. milliariis ad Septentrionem à Ravennâ. Habet Sedem Episcopalem Metropoli Ravennatensi subiectam. Bancos, ~~non~~ <sup>inter</sup> Incolas ob aëris intemperiem, numerat Incolas, qui plerumque sunt piscatores. Quidam volunt idam antiquam, et à Balazis conditam fuisse: ajunt etiam illam eo ipso tempore, quae Aria ab

\* Blondus | Flavius | ab undis absorpta fuit, etiam interdicta, et Blon-  
 celabris Histori-  
 cus natus est Flo-  
 ri Julii an. 1388. qis filio adversus Venetos operam tulisset, hi an. 932. illam  
 injuria ulsiscenda gratia demoliti sunt.  
 Bapae Eugenio Anno 1708. vigentibus Papam Clementem XI. interat  
 IV. a commer- Josephum I. Imperatorem discordis Casarei illam  
 tariis fuit, quo occuparunt et munierunt sub praestatu, quod quam  
 munere etiam vis Imperium feudum de jure ad Ducem Mutinensem  
 sub sequentibus pertineat, nihilominus Summus Pontifex una-  
 Pontificibus fure- cum Ducatu Ferrariensi sibi illam asserisset, ac  
 tur, est usque ad restituere hactenus detrahet. unde etiam anno  
 Pium II. sub cu- 1709. à Belliduce Casares de Bona Valle | Bonneval |  
 jus Papatu anno qui tunc his in partibus imperabat, istius Comitatus  
 1463. vitam po- feudatarii hui sociati sunt, ut feudorum suorum in-  
 suit. In sua his- feudatarii hui sociati sunt, ut feudorum suorum in-  
 toria quam ab vestituram recipere. Res in hoc statu sub  
 an. 400. neque ad Summis Pontificibus Clemente XI. et Innocentio  
 an. 1440. perdu- XIII. permanserunt usque ad initium anni 1725. tunc  
 xit, potius in id animum Benedicto Bapae XIII. Urbis hanc unicum suo Co-  
 inveniisse vile- mitata restituta fuit.  
 ter, ut multa un- 70 Sagis Bortus | Magna Vaccha | seu Caprasia  
 gereset, quam ut Magna Vaccha | Urbis parva cum portu Maris  
 vera conscriberet. ad Sinum Venetum Ravennam inter et Padis osti-  
 um sita 2. miliaris ad Orientem à Comaolo.  
 quantum ad anti- Anno 1708. Casarei illam occupaverunt occasio-  
 quitates Roma- ne diffidiorum, quae propter Comitatum Coma-  
 nas tamen lauda- nensem Papam inter et Imperatorem vigeant.  
 tur. Caetera Opa- 114.  
 ra sua magno qui-  
 dem studio ablo-  
 ruit, at stylum,  
 qui tunc in usum est  
 volent, suntque  
 Roma triumphans.  
 Roma instaurata;  
 Italia illustrata;  
 Hist. Rom. Deca-  
 Tes III. et De Ori-  
 giniibus et gestis  
 Venatorum.

## D. II. De Territorio Bononiensi

Territorium Bononiense seu Ager Bononiensis  
 | Il Bolognese | Olim pars fuit Romandiola,  
 quae nomenque habet à Bononia Metropoli sua.  
 Limites ejus sunt ad Septentrionem Ducatus Ferrar-  
 iensis; ad Orientem Romandiola; ad Austrum  
 Hetruria, à qua monte Apennino separatur; et  
 ad Occidentem Ducatus Mutinensis. Regio est  
 amoenissima, et variorum frugum feracissima.  
 Ab anno 1504. Summo Pontifici parat, et à Cardi-  
 nali regitur sub Legati nomine à Bapa consti-  
 tutus. Notatur

30 Bononia | Bologna | Caput Civitas Caput Ager  
 seu Territorii, cui nomen tribuit, sita ad Rhenum  
 | Reno | fluvium 25 miliaris versus Austrum à  
 Ferraria, et totidem ad Orientem à Mutina,  
 sub gradu long. 29. lat. 44. secund. 27. Inter-  
 maximas, pulcherrimas, opulentissimas, et po-

tantissimas Italiae urbes recenseri meretur. Domos ha-  
bet plerumque lapideas et lateritias, occurrunt etiam  
aliquae ex laeis quadratis constructae. Aedificia pu-  
blica sunt magnifica, tam quoad architecturam  
quam ornamenta. Plateae ejus satis rectae sunt.

Est Sedes Archiepiscopi, Universitatis anno  
425. ab Orientis Imperatore Theodosio II. Sen-  
juniore fundatae ac tota Italia inis Europa ce-  
lebris, et variarum Academiae et Prouito-  
rum Societatum.

Antiquissima etiam est, ac, si ipsius Scripto-  
ribus fides, multis ante Romam laentis condita  
fuit. Plinius lib. 3. c. 19. ait Feltrinam

olim fuisse vocatam, nempe Hetruria Metro-  
polim. Livius quoque lib. 33. c. 37. illam Fal-  
sinam nuncupat. Verisimile est eam a Gal-

lis Bononia nomen accepisse, ut qui soliti fue-  
runt nomina patris. Suae in Italiae locis, in qui-  
bus sedem figebant, imponere. hinc etiam huic  
Civitati Bononia in Belgica modo Bicardia ad-  
fectum, quod Angliam a continente separat, sita  
urbis nomen indiderunt. Simili quoque ra-  
tione fluvium, qui Bononiam abluit, Rhenum  
|: Reno: | dixere. Si Silius Italico lib. 8. v. 599.

credimus Bononia copias auxiliares Trojanis ad-  
versus Turnum\* misit. In bello Bunico Hanni-  
balis partes tenuit adversus Romanos, qui, ubi  
postmodum ea potiti sunt, illam facere Coloni-  
am, et ex Senatus consulto tria hominum millia  
in eam deduxerunt. Titus Livius lib. 37. c. 57.  
hujus facti tempus et circumstantias refert, addit  
que quod Romani Gallos Bojos, qui prius Tuscos  
ex hac ora pepulerant, inde exturbaverunt.

Vallejus lib. 1. c. 19. Consules vocant, sub quibus  
Colonia illa missa fuit, scilicet Cn. Manlius  
Volsonem et M. Fulvium Nobiliorem. Non  
suis ac alia Colonia Latina jus habuit proprium  
sibi deligendi Magistratum. Narrat Suetoni-  
us in Nerone c. 7. quod, cum sub Imperio Claudii  
terribili incendio devastata fuisset, ad instantiam  
Neronis tunc adhuc juvenis Imperator et Senatus Ro-  
manus haud parum ad illius restorationem con-  
tulerint. Vitellius, prout refert Tacitus

\* Turnus Rutulo-  
rum Latii popu-  
lorum et lati-  
nis vicinorum  
Rea fuit. Post  
obitum Latini  
Regis ipsius Regnum  
sibi asserere ten-  
tavit; hunc in fi-  
nem Laviniam  
ipsius filiam sibi  
Seyonensi curavit;  
verum Aeneas Tro-  
janorum Regum  
prosapia virum  
et Troja, quae an.  
mundi 2800. ante  
Chr. 1184. ante-  
nois prodicione a  
grecis occupata  
fuerat, in Italiam  
cum sociis Trojanis

in Italiam profu- Annal. lib. 12. Amphitheatrum in eâ construxit, in  
 gus illam, editis quo postea Fabius Valens Gladiatorum ludum po-  
 prius egregis faci- pulo exhibuit. Hic etiam Senatus Romanus  
 noribus, Ponsâ congregatus est, ut circa tumultus, quos civile bol-  
 suâ et ritâ simul lum Ottorem inter et Vitellium de Imperio in-  
 puvavit. ter sese altarcantes excitavit, consilium caperent.

Bononia spectabilis ades fuit, ut Imperatoris di-  
 gnitatis amuli in primis illam sibi subijcere Studie-  
 rint; unde factum, ut tot vicissitudinibus ob-  
 nonia fierit. Sub Maximo Tyranno leditionem  
 passus est, ac Theodorus Magnus illam penitus exci-  
 distet, nisi S. Petronius illius Antistes illam ab hoc  
 infortunis libera pot, plus adhuc egit, enimvero ipsi  
 ab Imperatore privilegium obtinuit, quo licentia-  
 rum et Studiorum mater declarata fuit. Postmo-  
 dum Imperator Lotharius II. ipsi Leges, quae tunc  
 temporis non nisi in Romana et Constantinopoli-  
 tana Scholis prolegebantur, interpretandi faul-  
 tatem dedit, ac Jure Consultus Azo coram Decem  
 milium Studiosorum Auditorio Jura docere visus  
 est. Professorum Bononiensium fama cele-  
 bris ita fuit, ut Summi Pontifices Gregorius IX.  
 Bonifacius VIII. et Joannes XXII. Decretales suas  
 et Clementinas ad eos miserint.

7 Bononiam Postquam Carolus Magnus Longobardorum Regno  
 finem imponisset, ab iis, quibus hactenus parerat,  
 liberavit. Otto Magnus liberam Imperii Civi-  
 tatem declaravit, unde, quemadmodum aliae  
 Italiae Urbes, proprios Consules et Magistratus,  
 qui illam regerent, sibi delegit, sicque Reipubli-  
 cae cujusdam induit formam. Hujus sua liberta-  
 tis Cives adeo amuli fuerunt, ut Bononiam Im-  
 peratoris Locumtenentem, quod nimis libere illis  
 dominari vellet, e fenestra in forum egerint  
 praecipitem. Cives hi in saevo adversus Infi-  
 deles bello sibi pro aliis specialem peperere fa-  
 mam, et in ipsorum Tabulariis, seu, ut vocant,  
 Archivis monumenta supersunt, quae memorant  
 illos in expugnatione Damiatæ Urbis prae-  
 suas ferme partes habuisse. Quanta porro  
 ipsorum fuerit potentia vel inde patet, quod  
 adversus Venetos triennii spatio bellum gerentes  
 in aciem quadraginta hominum milia semper  
 adduxerint. Cum Marchionibus Ferrariensibus.

Mediolani Dominis, et aliis Italia Principibus frequen-  
 tia ipsis bella fuere: pro omnibus illud est memo-  
 rabile. mod advenit Imperatorem Fredericum  
 II. habuere, cuius filium rothum Enzonem seu En-  
solinum, quem supremum exercitus sui Balliducem  
 et Longobardia gubernatorem uicem Sardinia et  
Corica Regem Salarasat, anno 1240. Sum ad Bo-  
noniam Castra movere parabat, Pontificis adju-  
ti copiis prolio devictum ceperunt, et nee Impe-  
ratoris minis, nee precibus, nee denique petio-  
ulo redimi possi huit, sed per 23. annos et ad obi-  
tum usque in custodia detinuerunt. Tunc  
temporis praecipua Romandica partem possidebant,  
at per intestina disidia, qua a Saeco XIII. ultra  
200. annos apud ipso perduraverunt, illam simul et li-  
bertatem suam amiserunt. Joamei et Lampesta-  
zi huic infortunio daderunt initium, et anno 1274.  
unam quindam suorum adhaerentium milibus  
urbis ejacti huit. Non multo post scilicet anno  
1278. Nicolas Papa III. se subjecerunt ca conditio-  
ne ne civitati sua aux superponeretur, nee Civi-  
um bona sub quocumque demum pretextu siis ad-  
dicerentur, et ut Roma ex his civibus Audito-  
rum notae et Delegatum haberent. Postmodum  
tamen Bentivolii, Cannetuli, et Bepoli suessi-  
ve Civitatem hanc occupaverunt, unisque alterum  
ejcit. Annibal Bentivolius, qui circa annum  
1445. ocisus est, filium reliquit Joannem; hic Bo-  
noniam sibi subegit, et adeptum in eam domini-  
um per condelitatam, Marenotis uempie expulsis,  
Malvozzis e mediis sublatis, et omnibus sibi con-  
trariis inlementissime habitis, tueri comatus est;  
at immanis haec ipius praecautis minime obfuit, quia  
sub finem anni 1506. a Julio Papa II. exturbatus  
fuert, qui idius et totius Agri dominium  
his successoribus Summis Pontificibus reli-  
quit.

Bononia ambitus est 5. longitudo 2. et lati-  
 tudo 1. et paulo amplius miliarium; praeter  
 murum nullas habet munitiones, et sita est po-  
 pe viam Amilianam veterum.



Solum ~~habet~~ ejus ades fertile est, ut ob id ipsi *Obasa* s: *Bologna la Grassa* nomen inditum fuerit. Optime edificata est, navis figuram refert. In ea multi sunt nobiles, qui sine conditionis sua immutatione questum facere non valent. Papa huc mittit legatum, vicissim Bononienses ad illum Oratorem destinant, quo jura sua et libertatem tueantur, quamvis admodum imminuta fuerint.

Multa in ea numerantur Ecclesie omnes magnificae. In illa, quae S. Petronii dicitur, Imperator Carolus V. manu Papae Clementis VII. coronatus fuit, ultimus Imperatorum, qui in Italia Imperii coronam acceperunt. In Ecclesia S. Dominici Ordinis Praedicatorum fundatoris quiescit ejusdem corpus in marmoreo tumulo. Ecclesia S. Petri, quae Cathedralis est, videri meretur, ejus latitudo longitudinem superat, eo quod ipsius structura nondum sit finita: In ea multa aservantur reliquiae. In Ecclesia Senitarum aservari dicitur una ex sex Hydriis, in quibus Christus Dominus, dum in Cana Galilaea nuptiis assisteret, aquam in vinum convertit. Ecclesia S. Stephani antiquissima est, ac à S. Petronio Theodorii Imperatoris consanguineo et illius Episcopo exitata dicitur. In ea quiescit ejus corpus, item S. Theodori Hispanensis Episcopi, S. Floriani Martyris Civitatis Patroni, S. Julianae, necnon corpora SS. Martyrum Vitalis et Agricola Bononiensium, et, quod ajunt, trium Mariarum.

Præter Ecclesias varia etiam adsunt Monasteria, ut Franciscanorum, Theatinorum, Dominicanorum, Benedictinorum, Olivetanorum, Camaldulensium, Vallis Umbrosa, Augustinianorum, Senitarum, Ordinis S. Clarae, in cujus Ecclesia videtur Corpus S. Catharinae de Vigri quae an. 1413. Bononiae nata, et in hoc ~~seculo~~ ~~an.~~ 1463. à la fundato Monasterio drem supremum obiit: veste Ordinis induta in sella sedet facie, manibus pedibusque nudata; in capite coronam auream gestat, in digitis annulos habet pretiosis adamantibus ornatos; in manu dextera crucifixum tenet, in sinistra libellum, quem ipsa composuit, et Septem arma spiritualia s: Le Sette Armi Spirituali: numpavit. Carthusiani milliarum ab Urbe habent Monasterium. pp.

Bononienses ingeniosi sunt ac civiles præsertim contra Gallos, nec in Italia civitas occurrit, in qua Nobili-

\* Olivetani à Monte Oliveto in Toscana et Diocesi Aretina sito sic dicti, Regulam S. Benedicti sectantur et albis vestibus induuntur. Sub initium seculi XII fundati sunt à Senensi quodam viro Nobili, cui nomen fuit Bernardus, et Tolomasus,

cas Galorum habitus, mores, et consuetudines magis student qui cum Senis Jus Civile et Jus Canonium aliquamdiu docuisset, deposito hoc munere ad unam suam villam Aronam dictam solitariam acturus vitam secessit, et ad se attractis Ambrosio Piccolomines et Patriis patrii etiam solitudinis amatoribus mox in montem, qui Olivetus nuncupatur, se recessit, ubi unum ipsi recepit, ibique cenobium construxerunt, quorum vita sanctitate quamplures ibi erant, ad eos se contulerunt, ut sub ipsorum ductu poenitentiam agerent. Tum quidam Aratinus ipsorum Diocesanus Episcopus iussu Joannis Papae XXII. ipsis vestem candidam et S. Benedicti Regulam tradidit. S. Bernardus Piccolomines anno 1348. peste subactus est.

115.

2<sup>o</sup>. Castrum Francorum | Castel Franco: | Oppidum in confinis Ducatus Mutinensis non procul à Scio | Secchia: | flumine Bononiam inter et Mutinam sita, 14. miliaris ad occidentem à Bononia, et 10. ad orientem à Mutinā. Vocatur etiam Forum Galorum.

Ei impendat Castrum munitum à Papa Urbano VIII. excitatum et nomine suo Propugnaculum Urbani | Forta Urbani: | dicitur. An. 1708. Cosareii illud circumeluserunt, sed pace Papam inter et Imperatorem constitutā ab eo recesserunt.

3<sup>o</sup>. Bentivolium | Bentivoglio: | oppidum unam aure in via verius Ferrariam situm 10. miliaris ad septentrionem à Bononia. Antehac spectabile fuit, verum à Papa Julio II. excisum est, ita, ut etiam nunc penè desolatum jaceat. Ab eo ortum dicit Bentivoliorum prosapia, quae olim longotempore Bononiae Principatum tenuit, et, quod asserunt aliqui, inde nomen accepit, quod Imperator quidam, uni suorum antecessorum dixerit Bene tibi volo: | Ben' ti voglio:

4<sup>o</sup>. Vergatus | Vergata: | elegans oppidum 14. miliaris ad orientem à Bononia distans, sedes Episcopi Metropolitanis Bononiensis subiecti.

## §. III.

## De Romandiola.

Romandiola | Romagna: | tam quoad limites quam quoad nomen variis mutationibus obnoxia fuit. Antiquitus Felsina | modo Bononia: | Urbis nomine Felsina dicta fuit; non equidem tota illa regio, quae nunc Romandiola vocatur Felsina nomen gessit, sed solummodo districtus illa, qui Bononiam inter et Rubiconem | Bisatelo: | fluvium continetur. Postmodum Flaminia vocata fuit juxta Viam Flaminiam nomen, quam Consul Cajus Flaminius construxit seu potius reparari curavit, sub quo nomine totus Riminiam inter et Bisaurum seu Faventem | Foglia: | fluvios

4 potentia

contentus tractus intersigitur. Tandem ab Imperatore  
Carolo M. et Papa, propter fidelitatem, quam erga  
Summos Pontifices semper servavit, Romandiole no-  
men ipsi inditum fuit. Illius pars antiquitus etiam  
Gallia Togata nuncupata fuit, ea scilicet, quae ab  
Anconâ et Arimino ad Rubiconem usque porrigitur,  
quod Plinius, Origines, Catonis, et Sempronius memo-  
rant. Denique Galli Boji hanc quoque regionem  
incolere. scilicet inter Rubiconem, Lentiam  
seu Anitiam; Leuga; Montem Apenninum, et  
Padum. Horum populorum sed tantum verita est  
fastigium, ut non modo regionem illam, quae ipsi  
cassa fuerat, possederint, sed et omne id, quod ho-  
diem sub Romandiole nomine comprehendimus.

Illius limites sunt ad Orientem Marchia Anconi-  
tana secundum Pisaurum flumen; ad Meridiem  
Mons Apenninus, qui illam ab Atruria separât; ad  
Occidentem Longobardia secundum Sulthanam  
scilicet Panaro; fluvium; et ad Septentrionem paludes  
seu valle, Comaelenses.

Campi illius frumenti, vini, olei, et fungum abo-  
reantum sunt feracissimi, colles, quibus hinc inde  
obsita est, pari fertilitate superbiunt. Ad sunt eti-  
am variorum metallorum fodinae; quamplura vivata,  
in quibus pecora pabulantur; silvae in quibus ferae  
morantur; Theriaca, quae variis morbis medentur; et  
aquae ad maris latus ac in mediâ regione. occurrunt copio-  
sa salina. Mare et fluvii, qui navigabiles sunt, inco-  
lis pisces abundanter subministrant, ac insuper com-  
mercii et negotiationis commodum comparant.

Romandiolani communiter praedicantur affabiles,  
sagi, pulchri facie, robusti, et aquae ad arva tractan-  
da, prorsus ac ad commercium et scientias idonei.  
occurrit hic

10. Ravenna Civitas totius Romandiole, illiusque  
regionis, quae olim Exarchatus\* vocabatur, Metropolis et  
Sedes Archiepiscopi. locus amoenus et fertilis, sed ali-  
quantum religinosa sita 7. miliaris à mari prope  
Vitem sanctitentem; Montone; fluvium, 45. ad En-  
ronotum à Ferraria, totidem ad Orientem à Bononia,  
fiat hae praefectus et 130. à Româ sub gradu long. 29. 50. m. et lat. 44.  
Enarchatus nomine 22. m. Antiquissima est, et quidam volunt eam  
olim ac praecipue 919. annis ante Romam et 188. ante Trojam fuisse

conditam, quamvis nullis monumentis opinionem suam fulvere  
 valeant: contendunt tamen quamplures illius fundatores,  
 fuisse Pelasgos seu Thefalios, qui centum annis ante bel-  
 lum Trojanum in Italiam apulerunt, atque Civitatem  
 hanc ultra 200. annos incoluisse. His successere Umbri,  
 quos post 700. annos Gabi exturbaverunt, cum aetate Tarqui-  
 nii Prisci in Italiam invenerunt. Hi ultra 350. annos  
 illam possederunt, donec nimirum Romani Consul M. Mar-  
 cibus et M. Sulpio, ipsi, qui tum Boji vocabantur, Sertis,  
 Ravennam et ceteras illorum possessiones obtinuerunt; id  
 an. 520. post urbem conditam evenit.

Ravenna Colonia Romana non fuit sed Civitas Municipi-  
 palis, cui Romani jus propriis vivendi legibus, privilegium  
 munia et dignitates Romae consuetas habendi, et omni-  
 um veltigalium immunitatem Romanis concessere.  
 Ita generosi se erga illam exhibuerunt, quia Cives Ra-  
 vennates Romanorum foederati fuerunt tempore illo, quo  
 Umbri huic provinciae Dominabantur. Sedes igitur  
 Praetoris Ravennae creata fuit, Comitibus provincialis  
 ibidem celebrata fuerunt; in portu semper extitit Clavis  
 ad velificandum parata. Imperatores Romani huic  
 Civitati benevoli fuerunt, ipsa vicissim illis semper  
 fidelium se exhibuit; inis quidam ex his Senatoribus Ju-  
 piteri coronam adepti sunt, inter quos Glicerius fuit, us-  
 que magnifica palatia illa, quae Ravenna exornata fue-  
 re, omisso quod multi Imperatores illam inhabitaverunt.  
 Honorius et Valentinianus III. hic palatia construxerunt,  
 diuque demorati sunt. Odoacer Herulorum Rex, qui ex  
 Imperatorum imbecillitate facto compendio circa an. 470.  
 Ravennam occupavit, inde a Theodorico Ostrogothorum  
 Rege pulsus fuit, in eaque regionem tenuit, quae ibidem  
 ultra 60. annos fuit, donec Belisarius et Narses ambo  
 Justiniani Imperatoris Belliduces, à Graecia in Italiam  
 appulsi Gothorum Imperio finem imponerunt. Non  
 multo post Justinus Justiniani Successor Ravennae  
 Exarchatum fundavit, huiusque dignitatem Patrius  
 Longinus detulit, qui ibidem sedem suam fixit. Pre-  
 festus seu Exarchus iste et ipsius Successores, qui Penta-  
 polis\* id est, Regionem, in qua praecipue haec quinque  
 urbes, continebantur, nimirum Bisaurum; Cesaro;  
 Franum Fortunae; Frano; Humana, Ananimum; Ori-  
 mo; et Ancona; et quicquid inter Hadrum, mare adria-  
 ticum et montem Apenninum a Placentia Ariminum  
 usque clauderetur, sub se habebant, Graecorum Im-  
 peratorum Majestatem adhuc ultra 170. annos in-

labascente Imperio  
 circa an. 537. vel  
 538. venit ea Ita-  
 lia provincia, quae  
 nunc Romandiola  
 vocatur, ad quam  
 Justinus aut testis  
 Justinus Junioris  
 Imperatoris anno  
 missus est St. Lon-  
 gianus, ut illam,  
 quae sola adhuc Ori-  
 tali Imperio inter  
 ceteras Italia pro-  
 vincias adhuc pa-  
 rebat, sub titulo  
 Exarchi regeret.  
 Post eum 104. ad-  
 huc numerati sunt  
 Exarchi, qui Ravennae  
 sedem habue-  
 runt, quorum ulti-  
 mus Eutychius no-  
 mine an. 752. ab  
 Aristulpho Longo-  
 bardorum Rege  
 ejectus, et Constan-  
 tinopolim se re-  
 cipere coactus fuit.

\* Pentapolis vox  
 graeca à ΠΕΝΤΑ  
 quod quinque, et  
 ΠΟΛΙΣ quod Urbem  
 significat, idem  
 est ac Urbis quin-  
 tuplicate seu quin-  
 que Urbes.

Imperatore  
 am ex  
 hodie  
 itus  
 que ab  
 rigitur  
 memo-  
 aegrom  
 tiam  
 um, et  
 avata  
 que  
 quod  
 leu-  
 a hanc  
 deriam  
 at; ad  
 tenar  
 ab  
 inde  
 sunt  
 ra vis  
 by fa  
 tur;  
 at ap-  
 at; in-  
 com-  
 abiles,  
 trantem  
 rei.  
 iniqua  
 opolis  
 ad ali-  
 prope  
 15. ad  
 Romae  
 Cat. 44  
 ant com  
 fuisse

Italia representant: verum postquam Aistulphus Longobardorum Rex Ravennam occupasset, tum Exarchatum abrogavit, hancque urbem suorum Statuum Metropolim fecit: nec diu tamen eam possedit, cum enim Stephanum Papam II. dire admodum vexaret, ab eo imploratus Pipinus Francia Rex circa annum 750. superatis Alpibus in Italiam cum exercitu venit, devictisque Longobardis Ravennam occupavit, ac Sancta Sedis Domo dedit. Cum autem Longobardi demum Papa Dominia invasissent, Carolus M. Pipini filius et Successor eidem bellum indixit, quod omnimoda illorum Regni excisione finem accepit. Eo occupato Carolus Ravennam unam Exarchatu Papa restituit, quem semper Romanam provinciam esse voluit. Ipsius filius Pipinus, qui, ut Papam protegeret, in Italia remanserat, Regis Italia titulum assumpsit, et de consensu Papa Regiam Ravennae constituit. Post ejus obitum, et cum Saraceni in Italiam irrupissent, quaedam urbes, praesertim illa, quae sub Sancta Sedis Dominio erat, ex his circumstantiis, et ex discordia, quae inter Christianos Principes vigebat, facto compendio, sibi quandam libertatis speciem arrogavit; inter alias Ravenna Republicae formam assumpsit, sibique Consules, Praetores, et Senatores elegit, quorum potestas ad id usque durabat; hanc regiminis forma tam diu persistit, donec hujus Urbis quidam nomine Petrus Traversius vir prodives, circa an. 1218. illius Principatum amplexus; Successorem habuit Paulum filium, qui usque ad an. 1240. summam potestate Ravennae Dominatus est. Ubi postmodum Ravennates Imperatoris Fridrici II. copias, quae ipsorum urbem occuparant, eiecerunt, tum cum Bononiensibus foedus pegerunt, ac per Comites et Praefectos a Papa constitutos regi coeperunt. Horum Praefectorum auctoritas sensim immixta est, quod Colentianorum familia occasionem praebuit circa an. 1300. sibi Ravenna Principatum afferendi sub titulo tamen Romanae Sedis Vicariorum. Hujus regiminis partasi Ravennates an. 1441. Republicae Venetae se subjecerunt, ac Praefectis et Satrapis ad ipsos ab ea missis paruerunt usque ad an. 1509. quo ad Papam obedientiam redierunt, quibus interdum Praesides, plerumque tamen Cardinales sub Legatorum nomina praefiit, qui Ravenna resident q. aliamon

q. civis

urbium, et plusquam 100. Oppidorum et Vicorum Metro-  
poli.

Ravenna parte dimidia minor est Ferraria,  
eminus tamen conspicui potest, quod in planitie apertis  
ita sit posita. Extra controversiam est ipsam  
esse veterem Ravennam; id vetera sufficienter pro-  
dunt monumenta; inter alia prope illius muros  
et versus mare varii offenduntur magni et fortes,  
annuli, quibus olim alligabantur naves, item  
Charis reliquia. Civitas haec antiquitus adeo  
celebris, modo nec pulchra nec populosa est.

Præter Eclesiam Cathedralam, quæ vetus ædi-  
ficium esse videtur, et in ipsa navis s. marmoris co-  
lumnis fulcitur, adhuc plures aliæ numerantur  
Ravennæ, ut et variorum Religiosorum Monaste-  
ria, scilicet 4. Abbatia, 10. vicorum et 7. virgi-  
num Conventoria, et 2. Conservatoria, in quibus  
utriusque sexus juvenes educantur. Olim in ea  
plura erant Nosocomia, et modo unicum adest,  
quod cæterorum reditus perierint. adest etiam  
Collegium seu Seminarium Clericorum.

In Eclesia S. Calixti spiritus canotaphium Galbae q inter monumenta  
Claudia Theodosii Magni filia et Sororis Avra-  
dii et Honorii Imperatorum an. 450. Insepulta. <sup>Valentiniani et  
Honorii</sup>

In Eclesia Franciscanorum Conventualiium  
adest etiam tumulus Brætae Dantis civis Floren-  
tini, qui in huc Ravenna exilio an. 1321. vitam  
posuit.

Dies nos deficeret, si celebres hujus Civitatis vi-  
ros omnes, qui Sanctitate et doctrinâ excelle-  
rent, recensere in animum indueremus; è  
præcipuis aliquos duntaxat hic adducere placeat:  
æquum est ut Calisto Papa I. primum locum  
assignemus, qui vel in ipsa Ravennâ, vel saltem  
in eâ Urbis Romæ regione, quam Ravennates  
incolabant, primam accepit lucem, ac ab an. 219.  
usque ad an. 224. Eclesia Christiana præfuit. Non  
quoque dicitur de Papa Joanne X. qui ab an. 913.  
usque ad an. 929. Pontificatum gessit, quem ex eo  
celebrem facit, quod Italiani à Saracenorum armis  
liberavit. Præterea inter viros celebres præcipua  
virescentibus recensentur Avator Cardinalis sub  
Vigilio Papa, qui ab an. 540. usque ad an. 555. Ecle-

Siam vixit, cui Pösis Eulorianica multum dabit.  
 Petrus Damiani, qui primus Monachus Cassinensis,  
 postea Episcopus Ostiensis, denique à Papa Stephano  
 IX. qui ab an. 1047. usque ad an. 1059. Euloria rebus præ-  
 fuit, Cardinalis creatus fuit, et ab eximis operibus suis  
 et à Congregatione, quam instituit, et quæ ejus no-  
 men gestat, celebratur. Damianus prioris nepos  
 etiam Monachus Cassinensis, postea Abbas Nonan-  
 tulanus, quem Papa Gregorius VII. qui ab an. 1073. usque  
 ad an. 1085. Papa fuit, Cardinalis creavit. S. Ro-  
 naldus itidem Monachus Cassinensis Camaldulensis  
 Ordinis fundator, de quo sup. c. 2. sect. 1. S. I. n. 106. et  
 S. Dissertimus. Ambrosius Traversarius Camaldulan-  
 sium Ordinis Propositus generalis, ob humilitatem suam,  
 qua etiamnum Propuram reuertit, celebris, quoniam Græ-  
 cæ et Latine lingue ad eum exercitatus fuit, ut Eule-  
 siorum Græca et Latina verba in Concilio Floren-  
 tino ipsi fuerit adscripta. Petrus De Honestis, qui  
 ex humilitate Peculatoris nomen assumpsit, ac una  
 cum Andrea De Septem Castro fundator extitit Co-  
 nobii S. Mariæ ad Portum Adriaticum, sic dictum,  
 quod in littora Maris Adriatici prope Ravennam situm  
 fuerit, quod cum in belli tumultibus saepius deso-  
 latum fuisset, an. 1503. Ravennam translatum fuit,  
 illud incolunt Canonici Regulares sub speciali Regula  
 ipsi à laudato Petro De Honestis præscripta et à Papa  
 Sixto II. qui ab an. 1099. usque ad an. 1118. Euloria  
 clauum tenuit, confirmata. p. p.

Multos etiam cum Lago tum toga præstantes viros  
 Ravenna produxit. Inter Bellicosos celebratissi-  
 mi fuerunt: Galio, qui ab Imperatore Valentiniano  
 in Britanniam missus hujus Insule rebelles popu-  
 los domuit. Joannes c. Duobus, quem Radevi-  
 us\* Exarchatus Ravennatis Maximum vocat, et  
 qui Imperator Theodoricus I. omnibus ferè vicino-  
 rum populorum copiis præfecit. Petrus Traversa-  
 rius cognomento Maynanius trium Regum Socer  
 Aragonie, Siciliae, Magnae Britanniae, et Hungariae  
 cum hic morte Socii. Denique Comes Almerius rei militaris peri-  
 tissimus, qui Papa Urbani VI. copiis præfecit.

\* Radevius Eula-  
 ria Cathedralis  
 Frosingensis Ca-  
 nonicus et Otto-  
 nis ibidem Episco-  
 pi Capellanus.  
 cum hic morte  
 præventus opus  
 suum de gestis

Theodoricus I. Im-  
 peratoris imper-  
 fectum reliquisset,  
 illud Radevius

In politicis excelluerunt Aspasius Philosophus et  
 Orator, et Imperatori Alexandro Severo ab Comen-  
 tarius. M. Aurelius Cassiodorus Senator Raven-  
 nas, avarii Regis sub Theodorico Gothorum Rege  
 Imperatoris inspector, et ipsius Sanctionis Consilii

Comentariensis, ac insuper multarum provincia - complevit, eadem duobus  
rum Praefectus, Roma Consul, et tandem Mona- additis libris.  
chus Casinensis. Theodorius et Importus Traver-

saui apud eundem Theodoricum multum valuerunt,  
neon in Requi negotiis magnam habuere partem.  
Andreas Aquellus praefectus Historiographus, à quo  
historiam Archiepiscoporum Ravennatum usque ad  
an. 800. habemus. Quidam et Bernardinus Politiani  
qui armis et licentiis clarior, et multorum Urbium  
gubernatores fuerunt, neon variorum Impera-  
torum et Regum benevolentiam et fiduciam sibi  
consecularunt. Joannes Grammaticus, è fami-  
lia, ut creditur, Ferretorum, qui ab eo commenda-  
tus, quod magistrum habuerit Franciscum Petrar-  
cham, discipulos vero Vergerum, Boggium, Quari-  
num, Victorinum aliosque magnos viros, et sequens  
Aretinus agebat, quod Romanam eloquentiam in  
Italiam, postquam ab ea diu exulasset, iterum re-  
duxerit. Dietericus Spretus habilis Jurisprudens,  
cujus eloquens calamus nobis tres libros aequè compendio-  
sos ac pulchros de magnitudine, devastatione et restau-  
ratione Urbis Ravenna reliquit. Petrus Thomajus  
celebris Jurisconsultus, cujus memoria prodigium fuit,  
Jurisprudenciam docuit in Italia et Germania Univer-  
sitatibus, illum Imperatores Fredericus III. et Maximilia-  
nus I. honore et muneribus prosequuti sunt, varios adhibi-  
tos libros, et Witenbergae mortuus est circa an. 1500. Hiero-  
nymus Rubens Medicina Professor Papa Clementis  
VIII. Archiater Scriptor elegans, à quo Urbis Ravenna  
historiam habemus. Thomas Thomajus, qui eodem  
cum eo tempore floruit, etiam patria sua historiam  
scripsit. Hieronymus Raber vir in Ecclesiastica et  
profana expertissimus, saeculo praeterito floruit, va- q. historia  
riaque edidit Opera, ac etiam Ravenna historiam,  
Seraphinus Paulinus Portus Adriatici Abbas scripsit  
compilationem Historiarum Ravennatensium. The-  
odus Franciscus Corners, à quo praeterea opus tenemus,  
de variis Ravenna Principibus.

In quanto praeterea copia Ravennates apud Roma-  
nos fuerint, vel inde notum est, quod in eis vim su-  
am omnem et potentiam collocarunt. Ubi Julius  
Caesar Ravennam Romanam pergeret summum sibi  
aperiturus Imperium in id omnem curam adhibuit, ne  
videlicet consilium Ravennatibus innotesceret, quo- q. sum-  
rum virtutem et fortitudinem noverat. Ipsius Suesef-  
sors Otto, Vespasianus, Majorianus, Severianus, Geli-



cerius, Orestes, coronam suam Copiis Ravennatibus accep-  
 tam retulerunt, cum à contra Vitellius et Julianus Impe-  
 rio ceciderunt, quòd Ravennates habuerint sibi contrarios.  
 Postmodum virtute sua et pietate Sergium Papam adversus  
 Imperatoris Justiniani II. violentiam tenuerunt. Et cum  
 saeculo VIII. Leo Mauricus Catholicos dicit venisset Ravenna-  
 tes primi fuere, qui Gregorio II. consilium dederunt in Ita-  
 lia Romanum Imperatorem constituendi. Ubi de-  
 inde quavis Italia Civitas Specialis Respublica exis-  
 set, Ravennates prorsum gloriam augere vixi sunt in  
 bellis, quae non modò adversus Eucharatius urbes, sed  
 et nunc adversus Venetos et Marchia Anconitana Inso-  
 las, nunc adversus Bononienses, Mutinenses, et Man-  
 tuanos, Cremonenses et Bapienses gesserunt, quorum  
 ultimorum urbis portas, quae aerea erant, cardine em-  
 tas asportarunt, trojanum, quod adhuc hodie Ravenna  
 in foro publico cernitur. Necdum antiquam fortitu-  
 dinem suam amiserant, cum Ludovicus XII. Galliae Rex  
 ipsorum Civitatem obsideret, ut ut obsidentium impetus  
 animosi fuerint, eos tamen obsequi hostium multitudinem  
 nihil vitæ semper repraesentavit ita ut Galli obsidio-  
 nem solvere coacti sint, nec nisi devictis duobus ab  
 urbe miliaribus Hispanis illam obtinere valuerint.  
 Ravennam brevi post magis adhuc decesserunt factio-  
 nes, quarum capita fuere Lunardi et Rasponi homi-  
 nes formidandi, qui Guelphorum et Gibellinorum  
 nomen innovarunt, eorumque fauora sunt imi-  
 tati.

Ravenna olim tanti ambitus fuit, ut Pentapolis vo-  
 cata fuerit, quia proprie ex quinque sibi invicem  
 junctis urbibus constabat, quarum haec fuere nomi-  
 na Clasis, propter loci viciniam, in quo Clasis con-  
 sistebat; Casarea; Balatiolum; Tauresium,  
 et Ravenna. Incola ita divisi erant, ut Casa-  
rea nominati Opifices, in Classe nominati Mercatores,  
 et in Ravenna soli Nobiles essent. Postquam Casa-  
rea, Clasis et Tauresium injuria bellorum devasta-  
 ta fuerunt, supersunt adhuc Ravenna et Balatio-  
lum, quod modò extraordinariae magnitudinis Sub-  
 urbium est.

Magna olim fuit Senatus Ravennatis auctoritas,  
 ut Senatores Romani saepius illius amicitiam et foedus  
 expetierint, et quia Ravennates Romae Jus Suffra-  
 gii habebant, magnòque numero illuc se conferebant,  
 hinc ipsis certa quaedam Urbis regis assignata fuit

à que una ibius portarum Ravenna porta nuncupata fuit. Senatores Ravennates, quorum ultra centum numerabantur, in binos Ordines seu Senatus dividebantur, quorum unus Secretior, alter Magnus Senatus nuncupabatur; Secretiorem viginti quatuor praecipui Reipublicae Cives componebant, reliqui magnum Senatum seu Consilium. Adhuc aliud Ravennae existit Tribunal, quod Tribunal Pacificorum dicitur; constat ex Nobilibus et plebejis civibus: tempore intestinorum tumultuum excitum fuit, ut enervati inter se se civium animi sedarentur, securitati et tranquillitati urbis invigilaretur, et illius porta custodirentur.

Nihil aequiparari potest sollicitudini et cura, quam Magistratus Ravennae pro instituenda juventute gerit. In veteri Collegio adest Magister et duo Sub-Magistri qui juventutem Latinam linguam et Sublimiores artes et scientias docent; Stipendium eis numerat Civitas. Collegium Nobilium, quod pariter Orani publici sumptibus fundatum fuit, sub Senatarum directione est, qui nobilium juvenum institutioni incumbunt, atque per varios Magistros exortia conditioni sua convenientia eos doceri curant. In Monasterio Cassensi ab illa Urbis parte, qua Casus vocabatur, sic dicitur, publicae Philosophiae et Theologiae docentur, adestque numerosa Bibliotheca. Studium Juris Ravenna à tempore Theodorici Gothorum Regis frequentissimum factum est, in eo Boetius, Cassiodorus et alii viri doctissimi excelluerunt. Imperator Justinianus hos viros doctos magis adhuc excitavit, et Ravennates Professores Joannes Baptianus, Tribonianus, Theophilus, Dorotheus elaborarunt Legum Librum, qui Infortiatus vocabatur, vel hanc facere collectionem, postquam Liber ita deperditus fuerat; insuper de mandato Valentini Imperatoris quosdam ex Codice Novelas addiderunt, et Pandectas, quae sub Imperio Lotharii II. repositae fuerunt, exposuere. Hic etiam Collegium Medicum existit, cujus Professores hanc facultatem tota Italia celebrem effecerunt, suamque et patria sua nomen praestantibus, quos ediderunt, libris aeternarunt. Ravenna occurrunt binae Scientiarum Academiae, una, quae dicitur Infortunium, altera Concordium: prior est antiquior, jamque per 150. et amplius annos publicos conventus suos agit; altera vero recentior est, et vix ante 60. annos nata est, conventus suos celebrat apud Monachos Cassenses.

Archiepiscopi Ravennates memorabilibus gaudent pre-  
 rogativis, ab Adarito S. Apollinaris Discipulo S. Petri Apo-  
 stolorum Principis, qui Ravenna martyrium an. Chr. 61. subi-  
 it, Successore usque ad Severum, sicque illorum undecim  
 si Quosdam traditioni fides, per miraculum elati fue-  
 runt, ajunt enim Spiritum S. in columba specie in illos  
 descendisse, ac illorum electionem peregrisse: *Unde postea*  
*similiter sociis, et quamplures alii vite sanctitate et do-*  
*ctrina sua magnum sibi peperere nomen; unde potissi-*  
*mum evocit, ut Archiepiscopus Ravennas non solum inter*  
*Italia sed et totius Occidentis Episcopos tanquam primus post*  
*Papam habitus fuerit; Primatis Italia titulum gere-*  
*bat, eodemque cum Papa honoris charactero decoratus*  
*erat, magnum Praelatorum numerum sub se habebat,*  
*ne non multarum Urbium, Oppidorum et Pagorum in*  
*Italia, Istria, Sicilia, et in toto Exarchatus ambitu*  
*Domini fuit; tantaque ipsius fuit potentia, ut numerosas*  
*copias tam pedestres quam equestres in aciem educere va-*  
*luerit, quas validis etiamnum exercitiis resisterent.*  
 Quamvis ejus potentia nunc non aequè magnas sit, attamen  
 amplam satis possidet regionem, ejusque virtus  
 tanti sunt, ut Principis alicujus auctoritatem susti-  
 nere possit. Ecclesiastica ipsius jurisdicção magni est  
 ambitus ac præter propriam Dioecesim plusquam  
 undecim celeberrimarum Civitatum Episcopi et ultra tres  
 Abbatis consistoriales ei subiacentur. Ipsius privi-  
 legia vix numerari possunt, quaedam ab Imperatori-  
 bus alia à Summis Pontificibus data fuere, adeo, ut  
 eisdem immunitatibus cum Ecclesia Romana, et 100.  
 annorum prescriptione, quemadmodum ipsa, gaude-  
 at. Hujus Metropolitani Capitulum Cathedrale olim  
 tribus ~~et~~ constabat Ordinibus, qui Cardinales, Can-  
tores et Vallenses vocabantur; modo unius est  
 illius Ordo, qui 25. Canonice constituitur; illis in  
 Ecclesia ministrant 18. Mansionarii, qui Super-  
numerarii dicuntur, et 4. alii, qui Supernumera-  
ri nuncupantur. In Civitate 21. Parochi nu-  
 merantur, qui jus habent Stolum gestandi.

7 Ecclesia

Solum Ravenna frumenti et frugum, arborum  
 est feracissimum, Silvis, quae feris abundant,  
 vivetis, et fluvii intermiscetur. hæ præcipue  
 celebrantur Bineta semper viventia, quae ab  
 Anemone | Anone: | fluvio porriguntur Sapim-  
 | Savio: | usque versus Adriatici Maris littus, inter

Duos annos Vitem | Montone: | versus Occidentem et  
Septentrionem Siliest, et Badesim | Romae: | ver-  
sus orientem, ubi paulo infra Ravennam Viti immer-  
gitur.

Denique hui non omittendum, quod nempe Raven-  
na aer spiritus admodum temperatus et saluber,  
ad id ut plerique Cives Longevi evadant, illorum-  
que non pauci ad 100. et ultra annos vitam pro-  
trahant.

20. Cervia, antiquitus Chirole seu Firole. Urbs  
in planitie ad Sinu Venetum posita 12. miliaris  
ad Euronotum à Ravenna. Antiqua est et satis  
opulenta nempe Sedes Episcopi Archiepiscopo Raven-  
nati Subjecti. Haeris intemperiam incolis haud  
multum frequens est, quamvis initio huius saeculi  
XVIII. in salubriorem, quae nunc est, locum transla-  
ta fuerit. Joannes Franciscus de Quibi Cardi-  
nalis Bagui huius Urbis Episcopus in sa. an. 1654.  
Synodum habuit, cujus Ordinationes superant.

30. Ariminum | Rimini: | Urbs antiqua, incolis  
frequens et pulchra, in planitie fertili et bene cul-  
ta ad ostium Armini | Marcetia: | fluvii sita  
25. miliaris ad Euronotum à Ravenna nec procul  
à mari. Quidam volunt illam ab Romis, à quo  
abivit, nomen accepisse. fuit olim Colonia Ro-  
mana; Titus Livius lib. 27. eam octodecim Colonis  
annumerat, quae Romanae Republicae astiterunt,  
cum Hannibalis armis vexaretur. Augustus variis  
magnificis aedificiis illam ornavit, ac inter alia  
spaciosum pontem, qui hodie adhuc Ariminum  
iungit, construere coepit, quem Tiberius finivit,  
et quo via Flaminia Amiliana iuncta fuit.  
Aliae memorabiles antiquitates sunt Arcus Triumpha-  
lis Augusto erectus, ruina Amphitheatri retro hor-  
tum Capucinorum, et 500. passibus ab eo extra Ur-  
bem turris lateritia, quae veteris portus Pharus fuit;  
at quia mare 1/2 miliaris ab eo loco recessit, Pharus haec  
modò hortis cingitur.

Arimini magna adhuc su-  
perest Epitaphiorum copia, quae idius probant vetustatem.  
Urbs haec Romanis usque ad finem illorum Imperii Subiecta  
fuit: tum Exarchis Ravennatibus paruit, quamvis  
hi amplitudinem suam tueri valuerunt: postea  
sub Longobardorum iugum adducta fuit, et postquam  
hi à Francis devicti fuerunt, Reges Italiae ei domi-

nati sunt, aut potius Summi Pontifices, ita tamen ut  
 Suprema potestas penes Italia Reges et postmodum  
 Imperatores resideret, quorum Vicarii Malatestae  
 fuerunt. Illorum primus natione Germanus circa  
 an. 1000. ab Imperatore Ottone III. Imperii Vica-  
 rius Arimini constitutus est. Postea Suprema  
 illa potestas etiam ad Summos Pontifices pervenit,  
 legimus enim Clementem Papam VI. qui ab anno  
 1342. usque ad annum 1352. Ecclesiae praesuit,  
 eundem Malatesta circa an. 1348. Arimini Investitu-  
 ram tribuisse, cuius Successores Dominium tenuerunt  
 usque ad Bandolphum Roberti filium notum, quem Alex-  
 ander Papa VI. qui ab an. 1492. usque ad an. 1503. Ecclesiam  
 gubernavit, loco cedere coegit. Post huius Papae mortem  
 Bandolfus Ariminum rediit, cum autem animadverteret  
 se, quod Incola eadem aversarentur, in ea diutius morari  
 haud posse, eam Venetianis vendidit. ubi autem horum  
 exercitus à Ludovico XII. Galiarum Regis copiis 14. Maji  
 an. 1509. prope Ripam Altam ~~prohibita~~ seu Ripaltam  
 (Rivolta) Ducatus Mediolanensis Oppidum fesus fuit,  
 tum Ariminum Summa Sedi Janis restituerunt, pe-  
 nes quam mansit usque ad an. 1522. quo Sigismun-  
 dus Bandolfi filius veste rusticum mentitus ur-  
 bem hanc ingressus est, ac amicorum ope excitata  
 seditione sibi eam subiecit, patremque suum ibi re-  
 cavit, at eodem anno Papam Hadriano, qui recens in  
 Summum Pontificem electus fuerat, in Italiam apul-  
 so ambobus Janis discedendum fuit, urbsque ad S.  
 Sedis obedientiam rediit, in eaque mansit usque ad  
 an. 1527. tum enim Papam Clemente VII. Romae in Cas-  
 tro S. Angeli à Germanis obsesto, Bandolphus arrepta  
 huius obsidionis occasione Ariminum rediit, at Cle-  
 mente in libertatem aperto inde recedens Ferrari-  
 am se recepit, ubi in aegestate vixit et obiit.

Hodieum Urbs haec parva admodum est nec mul-  
 tum opulenta, quamvis solum habeat quinque necnon  
 optimè cultum. Sigismundus Bandolfus Malates-  
 ta antehac eam munimentis intrinsecat, mure uni-  
 co, eoque satis in composito, cingitur muro. S. Mala-  
 testa portum illius olim optimis Italiae portibus an-  
 numeratum, et tunc jam ruinorum fragmentis destit-  
 xit, et ex illius marmoreis lapidibus quadris Ecclesi-  
 am S. Francisci constanti curavit, quae pulchra haberi  
 posset, si finita foret. In platea principe at ad  
 Urbis ingressum occurrit Arcus triumphalis, magnis

et arena opuletum

marmoris lapidibus constat, et omnibus perfecta Architectura partibus est ornatus, at multum laesus est, idcircoque Inscriptiones omnes penè sunt deletae. Plutaea, quae Urbem constituent, eadem formam longiorem quam latam tribuunt. Magnum forum satis pulchrum est, atque bifariam dividi potest: in primâ illius parte occurrit magnum Malatestarum palatium; ad latus extat Castrum quatuor aniquis laterilibus turribus munitum, et aliquot tormentis ballisticis instructum. Altera pars Fontis forum nuncupatur, à fonte, quem Imperator Antoninus ibidem evitari jussit. In eo etiam existit Bratorium unam Clepsydram ingeniose elaboratâ, et monumento, quo adventus Legatorum Japonensium exprimitur his verbis: Mentii Franci Regis Bungi, Michælis Botafii Arimanorum Regis, ac Bartholomei Onnwa Principis, Juliani, Martiniq[ue] Comitum, ab Japonor[um] remotiss. insulis ad D. Gregorium XIII. Legatorum, ut jam susceptam Christi fidem profiterentur, optatiss. Ariminum adventui XVI. Kal. Jul. publico sumtu, maximaque letitia hosp. MDLXXXV. Sixto V. P. O. M. Seden. S. C. Q. Ar. D. Ad hoc foro circumposita porticibus fulciuntur et à Mercatoribus involuntur. Medium forum occupat acropodium, cui Suggesti nomen tribuitur, cum hac Inscriptione: Cajus Caesar Dict. Rubicone Superato Civil. Bel. Com-milit. suos hic in foro advenit. Ajunt quippe Julium Caesarem ex hoc Suggestu exercitum suum fuisse advenitum, postquam Rubiconem transierat.

Ariminum est etiam Sedes Episcopalis, quae jam primis Christianismi temporibus initium habuit, antehac Summe Sedi immediate parvit, at sub Clemente Papa VIII. Archiepiscopo Ravennatensi subasse coepit. Illius Dioecesis complectitur 5. Abbacias, 23. Plebanias, 161. Parochias, quarum 24. Arimini existunt, unam 18. Norvoniis, in ea etiam 60. urbes numerantur, quae ultra 60000. Incolarum continent. Arimini praeter Ecclesiam Cathedralen S. Plumbae dicatam, quae vetus aedificium est, multa aliae sunt Ecclesiae, in quibus per multa aservantur sacra Reliquiae. Adhuc quoque 16. virorum, et 6. Monialium Coenobia; 16. Confraternitates Laicae; Mons pietatis; et Seminarium.

Hic etiam famosum idcirco 400. Episcoporum Concilium an. 399. celebratum fuit octavo Liberii Papae, et Constantii Imperatoris vigesimo nono; in quo Arianorum Antistitum factione Nicæna fides circa

consubstantialitatem Filii cum Patre in di-  
vini conclamata fuit, orbisque Christianus, ut ait  
S. Hieronymus, de Arianum esse miratus est.

Cives Ariminenses apud Arimini seu Arimini fluminis,  
quod eis portus locus est, frequens exerceat commercium.

Anno 1890. mense Decembri Ariminum terra motu  
pene devastatum fuit, multique homines perierunt.  
Anno 1744. Princeps de Lobkowitz hic cum Casareo  
exercitu stetit, cum Hispanos repelleret. Civitas  
haec varios celebres et doctos viros protulit, inter quos  
recententur Gregorius Eremita, et fratres Petrus et  
Jacobus Leones | Leoni: | qui in Graeca et Latina lin-  
guis excelluerunt.

4. Forum Cornelii | Imola: | Urbs Episcopalis  
pulchra et populosa ad Saniturnum, seu Santernum,  
item Vatrenum, et Badrium | Santernis: | fluvium  
lita 10. miliaris ad Caenum à Faventia, et 20. ad  
orientem à Bononia. Vetus est, illiusque meminit  
Cicero Lib. 12. Ep. 5. Quidam Scriptores illam Corne-  
lium, alii Sylla Forum, et Cornelii Forum vocave-  
re, eamque in regione Lingunum, postea autem in Ami-  
lia, et Gallia Cispadana collocant. Strabo eam vo-  
cat Πόλις Κορνυλίου Lib. 5. p. 216. Ptolomaeus Πόλις Κορ-  
νυλίου. Poeta Martialis aliquanto tempore hic  
demoratus est, ut patet Lib. 3. Epig. 4. Constatius  
in his Hymnis de S. Cassiano Martyre, Baristephanon  
g. v. i. huius Urbis fundatorem fuisse Cornelium Sul-  
lam seu Syllam memorat:

Sylla Forum statuit Cornelius; hoc Itali Urbem  
Vocitant ab ipso Conditoris nomine.

Warnefridus communiter Paulus Diaconus dicitur  
illam quinque opulentis Amilia Civitatibus annun-  
erat: Familia, inquit, completibus Urbibus Decoratur,  
Placentia Siliet, Parmae, Regis et Bononia, Cor-  
nelique Foro, cuius Castrum Imolas appellatur.

Castrum hoc, cuius nomine postmodum Urbis ipsa fuit  
appellata, labascente iam iam Imperio exortatum  
fuit. Urbs haec à Nassete devastata fuit, et  
ab Ivone II. Longobardorum Rege restaurata. Post-  
modum Bononienses, Manfredi, eidem dominati  
sunt, post eos Galeacius Sfortia, qui eam Hierony-  
mo Riario in Catharina Sfortia uxoris ipsius potem  
dedit; brevi post à Casare Borgia fuit occupata, et  
Sanctae Sedi subiecta, penes quam permansit.

Forum Cornelii varios Sanctos viros genuit:  
praeter S. Cassianum, qui illius patronus est, et sub  
cuius nomine Ecclesia Cathedralis dedicata est, in

ca. S. Petrus Chrysologus Episcopus Ravennatensis natus est, et sub inspectione S. Cornelii Trevi (Cornelii Episcopi educatus; obiit ibidem an. 457. ac ipsius corpus in ea manet prater unum brachium, quod Massiliam delatum fuit. Illius Episcopus est Suffraganeus Archiepiscopi Ravennatensis.

5<sup>o</sup> Faventia | Faenza vel Fajenza: | Civitas Episcopalis ad Anemonem | Anone: fluvium in via Flaminia 24. miliaris versus Asricum à Ravenna, 12. ad Caesarem à Foro Julii, et totidem ad Eurostium à Foro Cornelii sub gr. long. 29. m. 28. lat. 43. m. 18.

Antiqua est. Titus Livius Epitom. 88. illius meminit occasione Ambages viarum Carbonis memorans, qui devictus à Sulla ex Italia fugere coactus fuit. Valerius Patavulus lib. 2. c. 28. de victoria loquitur, quam Metellus Cius prope hanc urbem reportavit. Plinius lib. 19. c. 1. de pulchro illius agri lino dixerit, et Juolas Faventinos vocat. Silius Italicus lib. 8. v. 596. Pinorum meminit, qui illius agrum coronant:

Undique Solares

Arva coronantem nutrire Faventia Pinum

Illius platea omnes angusta sunt, propter magnam, quae median pervadit. Forum habet latissimum, quod Silens et turri horologii inscripta decoratur.

Gothi illam devastaverunt, tum ad Laechos Ravennatenses pertinuit; aliquanto post tempore, et cum restaurata fuisset, Bononienses illam sibi subicere, eique postmodum suis intestinis disceptationibus, occasione praebere se in libertatem afferendi; nec tamen ea fieri illi datum est, sed variis Dominis parere coacta fuit, scilicet modo Summis Pontificibus, modo Manfredis, deinde Sanctae Sedis deinde Joanni Haeneto, tum Marchioni Atertino, ita Summis Manfredis, post Vicecomitibus, deinde Summis Pontificibus, denique Manfredis, quibus Alexander Papa VI. an. 1500. illam eripuit, hinc vero brevi post Venetiani, et hic deinde post acceptam an. 1509. in vagina Aedra | Ghiera vel Ghiara d'Alba: | claudam Papa Julius II. et ab eo tempore penes Sanctam Sedem permansit.

S. Optatus lib. 1. Constantium hujus Urbis Episcopum inter illos Antitites, qui an. 313. Concilio, quod Roma sub Melchiae Papa celebratum fuit, interfecerunt, recenset; et Justus, alter Faventiae Episcopus, alio



Conilio, quod etiam Roma sub Hilario Papa an. 468. habitum est, subscripsit.

inter quas eminet  
Ecclesia Cathedralis.

Traventia magnificis Eulacii superbit, In ea Inae sunt  
Arca tabulae binis columnis affixae, quibus calata venitur  
Latina Inscriptio, in qua legitur ab Urbis Communitate  
annuatim primis tribus Martii diebus institutam fuisse  
processionem, et Inae huius loci virgines publicis  
Lunaticis collocari Deo in gratiarum actionem quod an. 1557.  
à Gallorum dirptione, qui sub Turequis in Italiam  
imperant, cives servaverit immunes.

Urbem hanc speciosa testea vasa, quae hodie dum  
adhuc ipsius nomen gestant, atque primum in ea confici  
coeperunt, celebrem fieri.

6<sup>o</sup> Forum Livii (Forli) Urbis Episcopalis Metro-  
poli Ravennatensi subiecta loco eminenti in me-  
dia planitie, ac inter utentem (Romae) qui ver-  
sus Orientem 2. miliaris ab ea fluit, et Vitem  
(Montone) qui versus Occidentem ibius muros adit,  
posita 12. miliaris ad Eurotium à Traventia, et 24.  
ad Aferium à Ravenna, in via, quam Romani Fla-  
miniam dixerunt, sub gr. long. 29. 4. 36. lat. 44.  
m. 28.

Communis opinio est eam 208. annis ante-  
cesam vulgarem conditam fuisse à Mano Livio Sali-  
natore ea aetate, qua in hac provincia Semoratus  
est, ei que profuit, postquam Ardubalem Hanniba-  
lis fratrem prope Metaurum flumen devicisset.  
Livia Augusti Imperatoris conjux in memoriam  
illius conditoris, quem inter antecessores suos nume-  
rabat, illam ampliore fecit, unde est, quod quidam  
Scriptores sapienter simpliciter Livia nominatur. Sub  
Romanorum potestate fuit quamdiu ipsorum duravit  
Imperium, ea autem labente Republica fa-  
cta est, et postquam Imperatori Frederico II. sex an-  
norum milia numerasset, plenam adeptam est liber-  
tatem. Ipsi quinque civitates et plus quam qua-  
draginta Oppida paraverunt, multasque vicinas  
de huius provincia Urbibus aliisque ceteris hostibus  
repostavit. Identidem Romandiolae Metro-  
polis fuit, et sedes huius provinciae Praefecti. Post-  
varias Italia vicissitudines etiam varios habuit Do-  
minos, ac modo Summis Pontificibus, modo Ordelafis,  
modo propriis Civibus, modo Riccis, modo Casare  
Borgia, et modo Duci Valentiniensi quod donec sub  
Julio Papa II. Sanctae Sedi se submisit, penes quam  
permanet.

paruit,

Civitas haec aërem habet salubrem, aquam optimam, et solum fertilissimum. an. 1591. ultra viginti animarum millia in ea numerabantur, modo autem ultra 14000. non continet. Ei imminent duo castra munita, quorum tamen munitiones modo negliguntur. Idius centrum occupat Forum, quod inter maxima omnium Italicae Urbium recenseri meretur, quippe cuius longitudo 260. mbitorum est latitudo 180. Platea eius omnes lata sunt et magnis palatiis et Speciosis Ecclesiis ornata, in<sup>ter</sup> quas Cathedralis eminet cum obidius magnitudinem, tum ob Specialem Devotionem erga B.V. Mariae imaginem, quae inter flammam illam permansit, ac ibidem in magnis ac Speciosis Sacello aservatur. Praeter illam hii adhuc 10. numerantur, 1. B. virorum et B. Monialium Cenobia. 2. publica Oratoria. 3. Domus pauperum viduarum et earum, quae de castitate periclitantur, receptacula. 4. pro pueris. 5. Xenodochia pro pauperibus et aegrotis tam peregrinis quam indigenis.

Primum in hac urbe Christum annuntiavit S. Apollinaris S. Petri discipulus. Primus illius Episcopus fuit S. Mercurialis, qui illius patronus est, et cuius nomen gerit Ecclesia Cathedralis. Successorem habuit eiusdem leum nominis et virtutis. Sedes haec Episcopalis omnium Romandiola post Ravennatensem antiquissima est, et triginta animarum millia in sua Diocesi numerat.

Summa Sedes Gubernatorem in hac Civitate constituit, qui in civilibus et criminalibus causis praesidet, at politica et regimen pines duo Senatores sunt, quarum unus ex ordine Conservatorum, alter ex ordine Conservatorum pacis assumitur; ambo in eodem palatio, in quo Gubernator residet, etiam demorantur: praeter eos adhuc quatuor numerantur Senatores seu Consiliarii, unus rei frumentariae, alter lanionibus, tertius artificibus praesert, quartus lites inter externos, vel inter externum et indigenam ortas dirimit: hi Conservatoribus subnunt.

Fori Livii inter alias Academias una est, quae Chirurgicalis vocatur, annis 1570. à Jacobo Alegretto creata et an. 1574. ab Episcopo Forliviensi et Equite Di-

maena Paulucci Janus restituta: pro insignibus habet  
examem apum cum hac ex Virgilio Inscriptione: Nu-  
quam mora. Alia adhuc hic est Academia pro juvenum  
exercitiis, quae an. 1683. fundata fuit.

Inter viros celebres, qui in hac Civitate vel illius terri-  
torio nati sunt, numerantur: Baschalis Papa II. qui  
Bleda Oppido olim ad eam pertinente, primam levis  
uram accepit. Imperator Berengarius, 10. Cardinales,  
scilicet Actius Orzoglioso an. 1117. sub Baschali II. Al-  
bertus Theodolus an. 1128. sub Honorio II. Gregorius Theo-  
dolus titulus S. Anastasii an. 1251. sub Innocentio III. Ste-  
phanus Nardini an. 1478. sub Sixto IV. Christophorus  
Numajo an. 1517. sub Urbano VIII. Franciscus Pau-  
lucius an. 1684. sub Innocentio X. Stephanus Augus-  
tini an. 1681. sub Innocentio XI. Fabricius Paulucci  
sub Innocentio XII. an. 1698. Julius Biaga Episcopus  
Frosoliviensis an. 1712. sub Clemente XI. Omitimus  
quamplurimos Praelatos, viros eruditos, Pictores, et He-  
roës, quos Forum levis protulit, et quorum quilibet  
in sua scientia et arte haud vulgarem sibi peperit famam.

In hujus Urbis territorio cresunt abundanter Linum,  
Canabis, frumentum, fabae, pastus, anisum, coriandrum,  
Cumini, Cereus, fenum gramini, et alia res quibus  
negotiatio exercetur: versus montana praestans ole-  
um, vinum exquisitum, et lapidei fructus coluntur.  
Adiunt etiam fontes minerales apprimè salubres, Sulphur,  
camentum, gypsum, marmor, lapides molares, Sulpha-  
rus et alii lapides, quæ ad inveniunda vasa fictilia adhi-  
bentur.

Territorium istud ambitu suo 46. miliaria complec-  
titur, in quo quatuor sunt Oppida, quæ Urbis Senatus  
subiungunt et ab eo Magistratus suos accipiunt. Illius  
territorium et iurisdiclio maioris erat ambitus, eisque  
latitudo erat 40. miliarium ab Adriatico mari ad mon-  
tem Apenninum usque: longitudo autem ejus ad 50. fere  
miliaria porrigebatur, scilicet à Franco S. Archangeli,  
quod Oppidum est versus Orientem ab Arimino Forum Cor-  
nelii | Inola: | usque, ita ut tunc temporis illius am-  
bitus 160. miliarium fuerit.

7<sup>o</sup> Forum Popilii seu Pompilii | Frosinopolis: |  
Urbis exigua cum arce sita 4. miliaris versus Euvotum  
in via, qua Casenam itur. Olim spectabilis fuit et Se-  
des Episcopi. verum an. 700. à Longobardis primis et  
an. 1560. iterum à Cardinali Burgundice devastata est.

7 Seta,

Britonovium Urbs, quae ab ea tribus vel quatuor versis Austrum  
milliaribus distat, ex ipsius ruinis incrementa sumit, et  
ad illam Sedes Episcopalis translata fuit.

8<sup>o</sup>. Britonovium, Britinorium, Bretinorium, Berti-  
norum, et Petra Honorii (i. Bertinoro seu Bertinoro) Urbs  
in amoenis et vineis superbiens colle ad Bedesim flu-  
violum sita 5. circiter miliaribus ad austrum à Foro  
Livii. Castro munito protegitur, estque Sedes Episcopi,  
qui antehac in Foro Populii fuit, post ejus devastationem  
an. 1360. Sedem suam huc transtulit, Archiepiscopo Raven-  
nensi subijctus. Saluber in ea spirat aër; oleique et  
vini dives est. Ex ea velut è specula mare Adriaticum,  
Dalmatia, Croatia, Dominium Venetum et Romandiola  
oculis perlustrari possunt. Quidam volunt eo, quo muni-  
kat, loco olim Forum Treventinorum seu Daventino-  
rum extitisse.

9<sup>o</sup>. Casena (i. Casena) Urbs Sedes Episcopi sub Archiepisco-  
po Ravennatensi, ad ripam Sapis (i. Sario) fluminis sita  
13. miliaribus ad orientem à Ravenna, et totidem ad Can-  
rum ab Arimino subgr. long. 29. m. 46. lat. 44. m. 8.

Antiqua est, illiusque meminere Plinius lib. 3. c. 15.  
Strabo lib. 5. p. 217. et Antoninus in Itinerario. necnon Ta-  
bella Buntingiana. hi duo ultimi illam Curvam Cas-  
enam vocant, fortè ad distinctionem aliis ejusdem nomi-  
nis Urbis: id ex eo verisimile videtur, quod Anonymus  
Ravennas lib. 4. c. 33. dicit: Casena et Semper Sesena.  
Prius pro Forum Livii posuerat Forum Julii, et pro For-  
um Populii Forum Populi; unde colligitur, quan-  
tum jam sua aetate Urbium nomina fuerint corrupta.

Ampla quidem est sed paucos incolas numerat. Birtori-  
um et pulcher Silanus sunt illius ornamenta. Ei im-  
minet Castrum munitum in colle positum unde ipsa to-  
ta perlustrari potest. et propè illam supra Sannum cer-  
nuntur reliquiae veteris ejusdem arcis, quae ab Impera-  
tore Frederico II. excitata fuisse dicitur.

Urbs haec olim Bononiensibus parit, et Maghinardus  
de Sabana sub initium saeculi XIII. illam occupavit; post-  
modum ad Malatostas pervenit, quorum unus illam Sum-  
mas Sedi reliquit. Alexander Papa VI. eam Casari  
Borgiae dedit, à quo tamen haud diu possessa fuit,  
atque iterum ad Sanctam Sedem rediit. In eâ Sapi-  
is factiones fuerunt, quibus penè eversa fuit.

Casana, praeter Ecclesiam Cathedralis, quae

9 sub monte, qui  
olim Sacer mons  
vocabatur, unne  
verò Casena di-  
citur,

vetus, nihilque spectiosum habens aedificium est, adhuc multae aliae numerantur, ut et 14. Virorum et 7. Monialium Coenobia, necnon 3. Nosocomia.

10. Sarsina urbs antiqua sedes Episcopi Metropolitae Ravennatis Suffraganei in pede montis Apennini et ad sinistram Sapis ripam sita 10. miliaribus versus Austrum à Casana, et 24. versus Occidentem ab Arimino. Illius meminere Strabo lib. 5. p. 227. qui eam Sarzinam vocat, ~~et~~ Silius Italicus lib. 8. v. 462. Martialis lib. 9. Epigr. 59. Plinius illius incolae Sarsinates nominat lib. 3. c. 14. Polybius lib. 2. c. 24. Σαρσινάτοι, hoc potius Σαρσινάται, sunt quae nomina nationalia exprimere solent. Apud Grotium p. 1092. n. 2. occurrit vetus Inscrip-  
tio his verbis: Curatori Sarsinatium. Aliae Inscrip-  
tiones habent Sapina loco Sarsina. In una legitur Munic. Sapsi p. 322. n. 4. in alia p. 522. n. 8. Natus Sap-  
sina; et in tertia: Reinesf. Class. VII. Inscr. 20. Ba-  
bius Genuelus Sapsinas Municipibus Singulis. Civitas haec  
ergo Municipalis fuit, veterisque nomen suum servavit,  
atque etiamnum nunc Sarsina, Sarina, Sapina seu  
Sarsina nuncupatur.

Olim adeo potens fuit, ut Romanis haud vulgares suppetias tulere adversus Gallos, qui in Italiam irruerant. Die sub Malatestarum Dominio fuit; postquam autem Summa Sedes facta est, Leo Papa X. illam Pio dedit. Valls cingitur lateritio. Angusta est moeris ac via 50. Aedes continet. Magnum forum occupat Salinus Sta-  
tuariis operibus ornatus. Ab optimis paucis celebratur. In Ecclesia Cathedrali cum magna veneratione offer-  
vatur corpus S. Maurae. Adest hic Seminarium, praetereaque nullum sive Virorum sive mulierum Coene-  
gium. Est Patria Plauti Comici, qui Roma obiit.

Hujus Civitatis Episcopatus inter vetustissimos recense-  
tur, quamvis illius Episcopi usque ad an. 426. excep-  
to S. Vicinis, cui Ecclesia Cathedralis dicata est, igno-  
rentur. Illius Dioecesis satis ampla est, ad 50. mil-  
liaria porrigitur, necnon totidem Urbes et Pagos com-  
plectitur.

ii 6.

## §. IV.

## De Ducatu Urbinatensi

Ducatus Urbinatensis seu Urbinius |: Ille Ducatus  
D' Urbino: | iuxta quondam ejus limites sunt ad Orien-  
tem Marchia Anconitana; ad Meridiem Ducatus Spo-  
letanus; ad Occidentem Histria; et ad Septentrionem  
Simus Venetus et Romandiola. Alii vero illius limi-

tes hos assignant: ad Ergo-aquilone-Mesem Sinum Venetum, ad Meridem Perusinum et Umbriam, ad Orientem Marchiam Anconitanam, et ad occidentem Hetruriam et Romandiolam. Eius longitudo est 60. vel 66. ab Oriente ad Occidentem, et 54 Septentrione & latitudo ad Austrum 35. vel, ut quidam volunt, 55. miliarium. Quamvis provincia haec, si ceteris Italiae regionibus comparatur, dici possit inualubris et infructuosa, nihilominus fumentum et vinum exquisitum sufficienter profert, et feni saporiferas in abundantia; venatio quoque et piscatio in ea succedunt optime.

olim proprios habuit Duces ex prosapia Montis Feretrani, et Roborati. Post ultimi Ducis, relicto herede mortem an. 1631. Urbanus Papa VIII. illam velut Sedis Apostolicae apartum feudum exalibus ipsius Ducis agnatis eidem Sanctae Sedis assignavit. Equidem Magnus Hetruriae Dux proximus defuncti Ducis agnatus iustum, quod in hunc Ducatum sibi competere agebat, armis tueri conatus est, ac in hunc finem an. 1643. cum Republica Veneta, Ducibus Carnensi et Mutinensi foedus iniit adversus Pontificem, infensaque copias profligavit, verum anno sequenti pax inita est, cuius Ducatus iste Papa relictus fuit.

Regio haec commode in septem speciales partes dividi potest, nempe: in Ducatum Urbinatem proprium; in Comitatum Montis Feretrani; in Comitatum Castellani; in Vicariatum Senogallia; in Dominium Bisauense; in Comitatum Eugubinum; et in Republicam Marinensem. De quibus singillatim nobis nunc differendum.

## I.

## De Ducatu Urbino proprio.

Ducatus Urbini seu Urbinateis proprius [i. e. Ducatus Urbini proprio] centrum provinciae occupat, necnon usque ad Mare, Marchiam Anconitanam, Romandiolam et Hetruriam pervigilat. In eo occurrunt 1<sup>o</sup> Urbium [i. Urbino] Civitas non adeo magna totius Ducatus caput, et Sedes Archiepiscopi, supra montem, inter Metanum [i. Metro] et Bisaurum [i. Foglia] sita, 24. miliaribus ad Austrum ab Ariminum; 60. ad Campanum ab Ancona; 69. ad orientem à Florentia; sub quad. long. 31. 37. m. lat. 43. m. 53. unam veteri Cas-

tabo, quod modo negligitur. Inaequali et modo sublimi  
modo descripto loco posita est et accessu difficilis. Attamen  
magnifico olim Ducum Sede palatio et preciosis aedibus  
ornatur.

Antiqua est, illiusque meminerunt Cicero, Varro, Tacitus,  
Plinius, Procopius et alii veteres scriptores. Plinius lib. 3,  
c. 14, illius Incolas vocat Urbinates, quos tamen in duas spe-  
cies dividit, scilicet in Metaurenses, et Hortenses, unde  
colligitur olim ac illius aetate binas fuisse ejusdem nomi-  
nis Urbes, unam, quae Urbium Metaurensis, quidam tri-  
pam Metauri posita esset, dicebatur; alteram Urbium  
Hortense. Prior eo loco statit, quo nunc Castellum Duran-  
tis, seu Urbana, vel Triferrum, aut Metaurum Urbis sita  
est; posterior ea est, quam nunc expendimus.

Hoc sub Julio Caesare Urbis Municipalis fuit Tribus Stel-  
latina, quae Hetruria et Umbria partem complecteba-  
tur. Antiqui scriptores illam in Umbria adriam Fla-  
miniam Metaurum inter et Bisaurum fluvios collocant.  
Ubi gothi Italiam subegerunt, haec etiam Urbe potiti sunt.  
at Belisarius illam Justiniano Imperatori demum subje-  
cit. Postmodum Longobardis paruit, donec Pipinus Gal-  
liae Rex illis eam eripuit, ac Sancta sedi donavit, quam  
donationem Carolus Magnus confirmasse dicitur, verum  
postea Imperatorum Germanorum facta est, memoria  
quippe proditum est, Fridericum Ansbardum in illa Prae-  
fectos constituisse. Tandem ad Summos Pontifices ve-  
nit, necnon Gelasio de Monte Feretrano, qui in ea  
Praefectus Caesareus fuerat, in Summa Sede secundum an.  
1345. à Papa Clemente VI. tradita est. Eam anno 1626.  
vel an. 1631. Urbanus Papa VIII. post mortem Franciscae  
Mariae ultimi Ducis sine herede defuncti, Summae Sedi  
unam toto Ducatu demum aperuit.

Anno 1563. illam in Sede Episcopali fecit Archiepis-  
copalem Pius Papa IV. Praeter Eclesiam Cathedralam,  
quae S. V. Mariae dicitur, atque in honorem S. Crescen-  
tini Martyris, qui in ea sepultus jacet, et Civitatis  
Patronus est, excitata fuit, multae adhuc aliae in ea  
numerantur, ut et 10. virorum et 6. Monialium Co-  
nobia; unum Seminarium; Ophanthropheum; et  
Novrosium.

Praeter Academiam Apueritorem, quae ex primis  
et vetustissimis Italiae Academiis una est, existit  
haec Universitas à Papa Clemente X. fundata; item  
Collegium Juridicum 12. membris compositum et à Ju-

lio Papa II. erectum, inter alia privilegia Collegium hoc istud etiam habet, quod à tota provincia Urbinatensi ad illud provocari possit, nullique subdito licitum sit, illo praeterito Romam ad quodcumque Tribunal seu Signaturam provocare. Collegium istud Rota vocatur. Praeterea adest etiam Collegium pro Nobilium filiis à Papa Clemente XI. institutum.

In hac Urbe ultra 7000. animarum numerantur. Vasa figulina, quae huc conficiuntur, à pulchritudine sua multum celebrantur. Urbium est patria variorum celeberrimorum, ut Polydori Virgilii, Raphaelis Urbini pictoris celeberrimi, et Joannis Francisci Albani, qui an. 1700. sub nomine Clementis XI. Papa factus est.

2<sup>o</sup> Tiphernum | Sant Angelo in Vado: | Urbs ad Metaurum | Metro: | flumen, et ad radicem Apennini in confinis Haemica sita 12. miliaris versus Occidentem ab Urbino. Est Sedes Episcopalis sub Metropoli Urbinatensi ab Urbano Papa VIII. an. 1635. 18. Febr. creata et in perpetuum Urbanensi Episcopatu juncta.

3<sup>o</sup> Trifernum, Metaurum, et Urbana | Urbana: | Urbs ad Metaurum sita 6. circiter miliaris ad Apennin ab Urbino. Urbana nomen Urbano VIII. Pontifici receptum, qui illam ampliavit et ornavit, et Sedem Episcopalem sub Metropoli Urbina an. 1635. fecit: cuius prius Castellum Durante | Castell Durante: | ex scriptis per nos in sacris tabulis geographicis notatur, à suo fundatore Guilielmo Durante vocata fuit, sub quo nomine etiamnum adhuc in tabulis geographicis notatur. Hic vitam posuit Franciscus Maria de Rovereto Sextus et ultimus Urbini Dux.

In hac Urbe ultra 4000. hominum numerantur. Ecclesia Cathedralis honoribus S. Christophori dicata est. Ad sunt huc etiam 5. virorum et 2. Monialium Coenobia; 6. confraternitates laicae; 4. Xenodochia, Mons pietatis, et Seminarium Clericorum. Anno 1636. Episcopatus Tiphernensis, ut supra memoravimus, huic adiectus fuit.

4<sup>o</sup> Callium | Cagli, Cagli, Cale, et Calle: | Urbs Medioris sub Apennino in planitie posita 16. circiter miliaris ad Austrium ab Urbino, et fere totidem ad Septentrionem ab Anagnino. Habet Episcopatum Archiepiscop-



patum Urbino subiectum. Episcopatus iste admodum antiquus est, Gratianus namque Callii Episcopus in quodam Fragmento S. Hilarii, prout Holstenius refert, nominatur velut Concilio Ariminensi interfuisse; et Viticianus alter huius Civitatis Episcopus primo Romano Concilio, quod sub Papa Symmacho celebratum est, subiungitur. Antoninus Callium vocat Ad Callam.

5<sup>o</sup> Fossumbromum | Fossombrova, Fossombrova:| Civitas Sedes Episcopi Metropolitanae Urbinate Subfraganeae ad Metaurum sita inter Callium versus Austrum et Bisaurum versus Aquilonem 15. ab utroque miliaris, et 10. versus Ortum ab Urbino. Ex vicis veteris Fori Sympronii excitata fuit, quod 500. ab ipsa passibus extitit, et à Gothis et Longobardis excisa fuit. Postmodum locus commodiora Janis edificata fuit. Veteris rudera hodie adhuc videntur. Gaecazius Malatesta, qui eidem dominabatur, eam sub Pontificatu Papa Sixti IV. pro summa 13000. aureorum Fridaricus Duci Urbino vendidit.

6<sup>o</sup> Forum Fortunae | Foro:| Urbs exigua et pulchra, necnon Sedes Episcopi ad litus Maris Adriatici sita 9. miliaris ad Euronotum à Bisaurum, et 24. ad Orientem ab Urbino, sub gr. long. 30. m. 40. lat. 43. m. 53. Fossa et muro lateritio et multum alto cingitur, quem de distantia in distantiam turres protegunt, et variis nave valida tuentur propugnacula. Urbis interiora omnino sunt amoenae, sive aedae, quae lateribus constant, sive pulchra palatia, sive Danique plateae, quae magnifica sunt, spectantur. Forum Fortunae, quod antiquum illius nomen est, dicta est à Templo, quod Dea Fortuna à Romanis ibidem excitatum et dedicatum fuit: illud ipsa ratinuit. Ocurrit in ea residuum aliquod Arcus triumphalis, qui in honorem Augusti Imperatoris erectus fuit, qui huc Coloniam Iuliam Transtrem dictam miserat. Postquam longo tempore libertatem suam adversus Ducem Urbinum, qui eam occupare tentabat, tuta fuisse, tandem Romanae Sedi sponte se subiecit.

In ea praeter Eclesiam Cathedralem aliae adhuc numerantur Eclesiae et Monasteria, ut Capucinorum, Franciscanorum Discalceatorum, Patrum Oratorii. <sup>quo</sup> Intro Urbem et trans Metaurum occurrit campus, in Naves primus in Italia Exarchus et Imperatoris Justiniani Supremus Bellidux Totilam Gothorum Regem devicit et

interfecit. Hujus Urbis Cyclamina calabronter, ajuntque  
Saxum Sequivorem hic pulchriorem esse quam in aliis hujus  
provincia Urbibus. Est Caput exigui cujusdam Tractus.

II.

118.

De Republica Marinensi.

Republica Marinensis | La Republica di San Mari-  
no | Exigui admodum est ambitus in Romandiolae confiniis  
Sed potius ipsa inter et Ducatum Urbium porta, cons-  
tatque Urbe Maris et septem Ducatibus aliis locis.  
quoniam adeo parva est ab Italis per se ipsum Republi-  
cata vocatur. An. 1739. fere libertatem suam ami-  
sit, Cardinalis Alberonius namque illam subjungere ad-  
duere voluit, at Summus Pontifex illam liberam deinde  
declavit. Quamvis Dues Urbis vixerunt sed illo-  
rum tutela fuit, ibis extinctis Summi Pontifices  
ipsius protectores facti sunt, q Notatur hic

Exiguum illius Ter-  
ritorium ad Ari-  
minum | Marcellia |  
flumen usque por-  
rigitur, et circa  
9000. animarum  
continet.

Marinum, Franum S. Marini, item Acer Mons | San  
Marino | Urbs exigua in confiniis Romandiolae sita  
5. vel 6. milliariis ad Euro-Aquilonem a Franis S. Leonis,  
10. ad Africum ab Arimino. Vetus non est, sed pri-  
mum sub finem saeculi X. occasione pii cujusdam Ere-  
mitae, qui huc se receperat, ac ibidem in odore sanc-  
tissimae vitam posuit, excitata fuit, illiusque nomen  
assumpsit. Opportunus loci situs, valida illius mun-  
imenta, infractus incolarum animus et concordia, praes-  
sertim autem patrocinium, quod sibi concilio sem-  
per studuit, haud parum ad illius libertatis conser-  
vationem contulerunt, et adhuc conferunt.

Cum Urbs haec commercio penè careat, incolae satis  
pauperes sunt, et eorum provectus admodum exigui;  
consistunt in vino, carne, et transitu porcorum et alio-  
rum animalium. Illius montes frugiferae arbores in  
magna copia occupant, et pulchra vineta, quae vi-  
num exquisitum reddunt, quod incolae in antris, quae  
in montibus habent, diu conservant.

Propriis legibus, utpote Republica, regitur, ipsaque  
sibi Magistratum et Praetorem constituit, hic singulis  
annis bis scilicet mensibus Martio et Septembri muta-  
tur.

III.

119.

De Monte Feretrano Comitatu

Mons Feretranus | Monte Feltrino | exiguus Tractus  
sub titulo Comitatus, Marinensi Republica, Roman-  
diola, et Statuina jungitur. Notatur hic

Montes Feretrans, Mons Feretratus, Mons Feretrus, Feretrum, item Forum S. Leonis, et Leopoldis: Falter, Monte Falter, Monfaltra, San Leo: Urbs exigua in calcoso monte ad Ariminum: Marcchia: fluvium posita in confinis Romandiae s. miliaris versus Aprinum à Marino. Situs munitam facit, ita ut potius munimentum duntaxat esse videatur quam urbs. Est Sedes Episcopi, qui communiter regionis nomine Episcopus Montis Feretrani vocatur, et in sepulchro, quod Barna De Billi dicitur, videtur, quod urbs haec incolis pene sacra sit ac potius propugnaculo euidam similior sit quam urbs.

120.

IV.

## De Civitate Castellana Comitatu

Civitas Castellana: Citta di Castello: Comitatus satis amplus inter Ducatum Urbinate sem proprium et Tetrarchiam situs. Solum hic notatur

Civitas Castellana: Citta di Castello: urbs cis Apenninum ad ripam Tiberis sita s. velis. miliaris versus Anagninum à Borgo S. Sepulchri: Borgo di San Sepulchro: satis munita est et populosa. Est Sedes Episcopi Sanctae Sedi immediate subiecti. Antiquitus Tifernum Tiberinum vocata fuit ad distinctionem Tiferni metauensis, de quo sup. iam discernimus. Harum binarum urbium in eod. haec etiam fieri cognomina; nam Plinius lib. 3. c. 14. ait: Tifernates cognomine Tiberini et alii Metauenses. Tiferni Tiberini in veteri quadam inscriptione apud Grotterum p. 494. n. 5. fit mentio, ubi legitur R. E. P. T. F. T. B. et Holstenius p. 90. ex alia inscriptione ostendit, huius urbis nomen in plurali fuisse usurpatum: C. Fullo. C. Fr. Chl. Proculo Tifernis Tiberinis.

121.

V.

## De Aggeribus

Aggeribus: Aggeribus: confinis, ostendit septentrionem. Comitatus circiter Castellana, ad ripam Tiberis sita, in qua sita est urbs Castellana. Episcopus aggeribus vocatur, et in antiquitate, hoc nomen, miliaris versus Anagninum à Marino. Situs munitam facit, ita ut potius munimentum duntaxat esse videatur quam urbs. Est Sedes Episcopi, qui communiter regionis nomine Episcopus Montis Feretrani vocatur, et in sepulchro, quod Barna De Billi dicitur, videtur, quod urbs haec incolis pene sacra sit ac potius propugnaculo euidam similior sit quam urbs.

V.  
De Comitatu Eugubino.

121.

Comitatus Eugubinus | H. Contado di Gubio: | exigui  
ambitus est, ac ad Septentrionem Ducatu Urbinatensi  
proprio, ad Orientem Marchia Anconitana, ad Austrum  
Umbria, et ad Occidentem Civitate Castellana clau-  
ditur. Notandum occurrit

Eugubium | Gubio: | Urbs ad fontes Asii | Chiasio: |  
fluminis et sub Apennino posita, 28. miliaris versus Aus-  
trum ab Urbino, et 13. a Callio. Est Sedes Episcopi  
Metropolitae Urbinatensis Suffraganei, ab ipso tamen  
jurisdictione exanti. Nomen tribuit Comitatu, cu-  
jus Caput est.

## VI.

122

## De Dominio Bisaurensi.

Dominium Bisaurense | Signoria di Casaro: | ad ma-  
re Adriaticum Tranum Fortuna inter Romandiolam  
positum. Notatur hu

Bisaurum | Casaro seu Casaro: | Urbs Caput Domini  
seu Tractus, cui nomen tribuit, et Sedes Episcopalis una-  
cum opportuno portu ad Ostium Bisauri | Foglia: | fluvii  
ubi in Mare Adriaticum incidit, loco eminenti et sub  
exiguis collibus posita 23. miliaris versus Orientem ab  
Ariminis sub gr. long. 33. et 44. lat. m. 7. Vetus est  
et olim Colonia Romana fuit. A Romanis 569. an-  
nis post conditam Romam, cum B. Claudius Pulcher, et  
L. Porcius Licinius Consules essent, brevi postquam  
ab ipsis Colonia Bononiam missa fuit, adeoque 119.  
annis ante Christum exiata dicitur. Inter pras-  
tantissimas Italiae Urbes recensetur, estque omni-  
um Ducatus Urbini maxima. Plateae ejus cortis  
lateribus stratae sunt. In ejus magno foro pulcher  
Sihanus existit. Aedes habet venustas. Satis muni-  
ta est sed arte rotari. Aer in ea spirat satis pu-  
rus, at mensibus Julio et Augusto insaluber et pericu-  
losus. Nulla, quod mirum videri debet, in ea sunt  
antiqua monumenta. Amoenissimis et exi-  
guis collibus cingitur, qui prouta, vineta, et pometa  
inter se se commista exhibent. Olivae hic sunt in-  
comparabiles, at ficius proutantia et celobritate  
suos ceteros superant fructus. Cere sibi stat pretio.  
Mare et fluvii optimos variarum specierum pisces  
proferunt; unde Civitas haec omnia vitae commoda  
populo affluenter. Non secus ac alia

Italiae Urbes variis fortuna casibus obnoxia fuit. Toti-  
la Gothorum Rex funditus illam exiit, Belisarius vero  
Iustiniani Imperatoris supremus Bellidua illam au-  
gustinus, quam prius fuerat, Ienis conuerti curauit. Dein  
de variis successivè Dominos habuit: Malatesta eiden-  
lat die Dominati sunt, ab his ad familiam Sforcia-  
nam, et ab hac ad Roboretanam; tandem sub Urbano  
papa VIII. unanum toto Ducatu Urbinate ad Sum-  
mam Sedem rediit. In ea natus est Papa Clemens  
XI. qui ibidem magnificam Cathedralen Ecclesiam  
conuerti curauit. Illum Urbini natum diximus.

Episcopatus Pisaurensis inter antiquissimos Italiae  
Episcopatus numeratur, jamque a apostolorum tempo-  
ribus Religio Christiana Pisauri propagata fuit. Eu-  
aristus beatus ab Apostolo S. Petro Romana et Summa  
Sedis Pontifex circa annum 118. primum Episcopum hic  
constituiffe dicitur, quodnam autem ipsius nomen  
fuerit, et quid memorabile praestiterit, nulla super-  
est notitia, nec etiam de illius successoribus usque  
ad saeculum III. quidquam annotatum invenitur.  
Diocesis haec non adeo ampla est, attamen 29. ur-  
bes et 24. Plebanias complectitur. Anno 1744.  
Hispani Urbem hanc inter et Franum Fortunae  
castra posuerunt, quae et munierunt, ac aliquam-  
diu hic demorati sunt.

123.

VII.

De Vicariatu Senogallia.

Vicariatus Senogalliae | Il Vicariato di Siniga-  
glia: | Tractus est exiguus ad Mare Adriaticum Marchiam  
Anconitanam inter et Franum Fortunae. In eo notatur

Sens, Senogallia | Sinigaglia, Sinogaglia, Sene-  
gallia Senigaglia: | Urbs exigua ~~omnino~~ sed pulchra,  
et Sedes Episcopalis ad Mare Adriaticum et Nigolam flumi-  
nem, qui illam bifariam dividit, in antiquam scilicet et  
novam, sita, ~~inter duos portus, quorum unus intra~~  
~~ipsius moenia, alter extra urbem est, 24. milliariis~~  
ad occidentem ab Ancona, et 17. ad orientem à Franis For-  
tunae.

Inter antiquissimas Italiae Urbes reputatur. a Galis  
Senonibus, cum sub suo Duce Brenno Romanos pergerent,  
excitata dicitur, quidquid ea de re sit, certum tamen  
est illam 592. annis ante Christi adventum et 369. cir-  
ter annis ab Urbe condita fundatam fuisse. Olim Um-  
briae Metropolis fuit. 104. post annis Romani  
ex ea hos Gallos Senones exturbauerunt, ac in illa Col-

q et Senogallia vo-  
cata.

niam instituerunt. Celebre est Emporium, in eaque  
 Hebraei Tribum habent. Singulis annis in festo  
 S. Mariae Magdalena ibidem mundina celebran-  
 tur. Vicos et aedes habet pulcherrimas sed pau-  
 cos incolas. In veteri illius parte non nisi piscato-  
 res, ramiges, et aliquot mercatores sunt; popula-  
 rior est nova, quam incolunt provinciae nobiles et  
 opulenti cives. Oppidum munita est. Praeter  
 Ecclesiam Cathedralen, quae speciosa admodum  
 est, adhuc tres aliae parochiales Senogallia mune-  
 rantur, et varia Monasteria, et Ecclesiasti-  
 ca aedificia. Urbs haec sita est in territorio,  
 quod, ubi Duatini Urbino junctum fuit, sub Capatu  
 Urbani VIII. unacum ipso Summae Sedis Dominio  
 adjectum fuit. Idem Episcopatus anti-  
 quissimus est, ac primis Ecclesiae temporibus sumit  
 initium, continet sub se 25. urbes. Olim Episcopus  
 Senogalliae Summae Sedi immediate subiectus erat,  
 modo autem Archiepiscopi Urbinateis Suffragane-  
 us est. Non procul ab hac Urbe Anibal Han-  
 nibalis frater devictus fuit, cujus memoriam sti-  
 nat collis proximus, qui ab ipsis nominis vocatur.

§. V.

De Marchia Anconitana.

Marchia Anconitana | La Marca d'Ancona: | ma-  
 ximarum Summae Sedis provinciarum una, confinis  
 est ad Septentrionem et Orientem Mari Adriatico;  
 ad Austorum Apulia et Umbria, et ad occidentem  
 Duatini Urbino. Longitudo ejus ab Oriente ad Occiden-  
 tem est 78. vel, ut quidam volunt 92. miliarium, lati-  
 tudo 48. vel 72. In ea spissus aer spirat. Ager  
 vero satis fertilis est. Praecipui illius fluvii  
 sunt Aesis | Trimmeris | Aquis | Aquido | Muso  
 | Musone | Potentia | Potenza | Chientus seu Ufen-  
 tis, item Tolusor | Chiento | Tenna, Tignia, Tinea  
 | Tigno | Aro | Azone | Leta | Leta viro | Albrala  
 | Ragnoia | et Torventum | Tronto | quod illam ab  
 Apulia separat. ¶ Occurrit hic  
 i. Ancona, et Ancon | Ancona | Civitas Episcopalis,  
 et Caput Marchiae, cui nomen tribuit, cum portu ma-  
 ris satis ruinoso, et Castro Castro sede legati, ad Sinum  
 Maris Adriatici, et loco, angusto quem duo promonto-

124.

¶ olim Picenum  
 ampla Italiae  
 provincia, seu  
 potius pars illius  
 dicta fuit.

...a fuit...  
 ...eliam...  
 ...vavit...  
 ...testa...  
 ...Sporia...  
 ...sub...  
 ...ad...  
 ...C...  
 ...lex...  
 ...us...  
 ...Italia...  
 ...temp...  
 ...fuit...  
 ...lunna...  
 ...quam...  
 ...onem...  
 ...ta...  
 ...sup...  
 ...ntur...  
 ...29...  
 ...1744...  
 ...tense...  
 ...liqua...

ria cubiti formam referentia angustum efficiunt, posita, 60. miliaris versus Euronotum ab Urbis, et 30. versus Septentrionem à Firmo.

À Grauis Syrausanis, qui ~~Hydruntis~~ Dionysii Sicilia Regis tyrannidem fugientes hinc se receperunt, civitate, et ex ipsius situ  $\alpha\gamma\chi\omega\sigma$ , quod cubitum significat, vocata fuisse dicitur, ex quo latinum Ancon et Ancona factum est. Illius meminere Strabo, Plinius, Juvenalis Satyrâ 6. Pomponius Mela lib. 2. c. 4. Catullus Carm. 36. Martialis, et Cato, qui Bicenum olim dicitam fuisse ait. Non constat omnino quando Colonia Romana facta fuerit; verisimile tamen est, id evenisse post bellum Taren-

\* De hoc bello vid. inf. c. 4. ubi de Tarento urbe Regni Neapolitani in provincia Hydruntina.

tannum\* circa an. 485. ab U. C. cum venie Consul C. Sempromius Bicentes Marchiae Anconitanae populos devicisset, Romanosque limites ad decem usque propinquasset.

Huius Civitatis portus ab Imperatore Traiano exciatus fuit, unde et in ejus memoriam ad Littus Maris monumentum erectum fuit, quod adhuc superest.

Ancona olim celebre fuit Emporium, at modò commercium in eâ multum interdidit. Hebraei, qui in ea proprios habitant vicos, omnium incolarum sunt ditissimi, ac ab ipsis potissime perdet commercium, quod in eâ exercetur. Illius plateae angustae sunt et obscurae, situsque modò eminentis modò depressus per eam gradientibus latit incommodus esse videtur. In duas partes dividi potest, quarum una superior altera inferior est. Theatrum exhibetur, in quo ex omnibus fere domibus altum mare conspicitur. Castrum, quod in Urbis aditu in colle seu sano positum est, eidem et portui insidet, in altero colle seu sano, quod promontorii apex est, extat Templum S. Cyriaci, marmoreum quidem sed sine ulla architecturae ornamento et depresso ac obscurum; q. praeter illud varia adhuc numerantur hinc Ecclesiae, ut Franciscanorum, S. Dominici, S. Agidii, S. Nicolai, S. Crucis, S. Mariae Misericordis, &c.

quibus tamen commendabile efficiunt multae, quae in ea aservantur reliquiae, ac inter eas corpus S. Ursulae quod tamen Colonien- sis sibi vindicant.

Post Gothos Longobardi Ancona dominati sunt, hinc in ea Marchionem constituerunt, qui Regio- ni praepset, unde Marchia Anconitana nomen derivatum est. Bernardus Pavia Episcopus

pur Casalensis et Ludovicus De Gonzaga Clementis Pa-  
 pas VII. Copiarum Dux Urbem hanc intemperavit et  
 occupavit. Omnibus cuiusunque Religionis  
 Negotiatoribus in ea demorari libertas est, nullum  
 tamen aliud, prater Religionis Catholicae exercitium  
 permittitur. Anno 1732. Summus Pontifex  
 illam liberam et omnibus nationibus apertam  
 portum declaravit. Hic cera pulchre candefit,  
 Ibidem Papa Sixtus II. an. 1464. diem supremum  
 obiit, cum pararet una cum exercitu sus vela fa-  
 cere, ut vi foederis ipsum inter et Venetos alios-  
 que Principes isti Turcas adoreretur. Episco-  
 pus Anconitanus est Suffraganeus Archiepisco-  
 pi Trionensis.

2º Æsium | Jesi | urbs antiqua sed angusta  
 in monte prope Osium | Æsio | fluvium posita,  
 12. miliaris versus austrum à Senogallia, 15. ad  
 occidentem ab Anconis, et 23. ad Æsium ab Anco-  
 nis. Habet Episcopum Sancta Sedi immediata sub-  
 jectum. In ea multi Quietista\* demorantur, qui  
 Episcopo haud parum negotii facerent.

\* De Quietistis vid.  
 Tom. 3. Tract. 3. c. 3.  
 §. 2. n. 145. in not.  
 Theologia nostra.

3º Auximum | Osium | Urbs Episcopalis in mon-  
 te prope Muronem fluvium posita. Osium inter  
 et Lauertum, à quo 9. miliaris ad occidentem dis-  
 tat. Est una quinque Urbium in Pentapoli, de  
 quibus in Donatione Pipini et Caroli Magni fit  
 mentio.

Antiqua est ac 144. ante Christi adventum an-  
 nis Sergio Sulpicio, et Lucio Cotta Romae Con-  
sulibus edificata est, fuitque Colonia et Urbs  
 libera, prout produnt antiquae Inscriptiones. Illius  
 meminere Strabo lib. 5. p. 241. ubi eam Auximum  
Ἄυξουρον vocat. Cæsar De Bel. Civil. l. 1. c. 12. et 13.  
Vellejus Paterculus l. 1. c. 15. Auximum illam nomi-  
 nant Lucanus, lib. 11. v. 466. qui propter versum eam  
Auximon nuncupat

... Admota pulsarent Auximon ala.

Situs Livius lib. 31. c. 26. et 32. qui illam Oximum  
 dicit. Tabula Peutingeriana, quæ ponit Ausimo.  
Involas Ausimates vocant Cæsar loc. cit. c. 13. In-  
scriptio quædam apud Gruterum p. 372. Inscr. 4. et  
Plinius lib. 3. c. 13. Romanâ labascante poten-  
tia ab Tyrannis semper in deterior acta est;

affuerunt  
 viciis, et  
 i Sicilia  
 vent, exiit  
 in signifi-  
 Ancon et  
 Strabo,  
 Mala lib.  
 t Cato,  
 Noncom.  
 i fiant,  
 cum Tara  
 consul b.  
 populos  
 ue prope  
 oracita  
 y Maris  
 est.  
 t mod  
 thaba  
 in ins.  
 pini  
 que mal  
 tibus la-  
 tes viri.  
 rior est  
 fere  
 quod  
 idem et  
 I proma  
 musoro  
 rante  
 xia ad  
 manon  
 ius) S.  
 ati laut  
 qui Regio  
 moner  
 in Episc-



Procopius Hist. Goth. lib. 2. c. 23. memorat Gothos castra sua prope hanc urbem aduersus Belisarium valasse. Tyrannorum suorum ultimus fuit Boralin Guzzonus; post quem sub Innocentio Papa VIII. qui rebus Ecclesiae profuit ab an. 1494. usque ad an. 1492. ad summam Sedem rediit, et Romana tutela se commisit. Cives singulis annis adhuc vigesimum nonum mensis Augusti diem festum habent, quo à Francisco Sfortia olim Tyranno suo liberati fuerunt. Eorum 8000. et amplius huc numerantur.

Præter Cathedralē Ecclesiam, quæ speciosa est et ornata necnon multis reliquiis superbit, aliae adhuc Auximii numerantur, ut S. Trinitatis, S. Silvestri, quam Monachi Congregationis Silvestrinae, quam S. Silvester Guzzolinus Nobilis Auximensis sub Regula S. Benedicti fundavit; S. Mariæ, Capueinorum, p. et aliae Parochiales, item aliquot virorum et duos mulierum Monasteria, Seminarium, Xenodochium et Mons pietatis.

Episcopus Auximensis immediate subest Sanctae Sedi, magnificentissimum habet palatium, ejusque Diocesis ad 20000. passus longitudinis et 12000. latitudinis porrigitur, ac in ea 18000. animarum circiter numerantur.

4. Ricinetum seu Ricinetum, item Ricina nova, vel Ricina nova; Ricinatti seu Ricinatti: Urbs Episcopalis in monte ad Muronem fluvium posita 3. miliaris ad Asinum à Laureto. Ex rivibus Halicia Ricina, quæ planitiem occupabat, et à Gothis devastata est, edificata fuit ab Incolis. Aëre salubri, et amoenis respectu, ut potè supra montem posita, gaudet, ex ea Maris Littus et magna oppidorum, quibus circum, copia detegitur. Magna etiam vocari solet. Calabriae est ex meridie, quæ singulis annis in ea habentur, ac quindecim diebus durant, adibus Mercatores magno numero conveniunt; antehac tamen magis, quam nunc, frequentabatur. In ea, præter Ecclesiam Cathedralē, quæ honoribus S. Flaviani dicata est, octo parochiales Ecclesiae, septem virorum, præter Capueinos, et quatuor Virginitum Monasteria, Seminarium pro duodecim juvenibus Clericis, quatuordecim Confraternitates Laicae, duo Novoromia, et Mons pietatis numerantur. Episcopus Summae Sedi

immediate subiectus; ibius Diocesis tres Urbes et duos  
Pagos complectitur. Anno 1240. à Papa Gregorio  
IX. erectus, et an. 1591. Lauretano iunctus fuit.  
In Ecclesia Cathedrali quiescit corpus Gregorii XII.  
Papa in his illis Schismate, quo per 40. annos afflictus  
fuit Ecclesia electus, qui et in Concilio Constantiensi  
ob pacis bonum sponte Papatu cepit. In hac Ur-  
be erunt etiam reliquiae Amphitheatri cuius-  
dam Lateritii.

50 Lauretum | Lovetto: | Urbs Episcopalis exigua  
sed oppido munita in monte posita 3. miliaris ad occi-  
dentem à Sinu Adriatico, et totidem ad Caicam à Riineto,  
nemon 18. ad Eurotium ab Arona sub gr. long. 44. lat.  
39. m. 48.

Aggriue celebratur à Saera, quam possidet, adri-  
ca, quo, ut fert traditio, illa Nazareth Galilaeae  
urbis domus est, in qua B. V. Maria Angelo nuntian-  
te à Spiritu Sancto obumbrata Jesum Christum Ser-  
vatore mundi Deum et hominem concepit, ac eidem  
adhuc infanti piae matris exhibuit officia, in qua  
etiam Christus Jesus in sua fugâ ab Aegypto rediens  
educatus fuit ac tandem mansit, donec in publicum  
prodiret sacrum suum munus obire coepit.

Adicula haec humilis est et angusta necnon uni-  
co hypocausto constat, cuius longitudo est 44. pal-  
morum, longitudo latitudo 18. et altitudo 17. In  
superbissimi Templi medio collocata est. Eam,  
quod ajunt, coelestes Spiritus an. 1291. 9. Maji, ho-  
ra 2. matutina à Nazareth Urbe, quae nunc  
non nisi vicius est, in montem Istriae, quae olim  
Dalmaticae pars erat, Tersactum | Tersato: | ditum  
primùm asportarunt, indeque 27. Octobris an.  
1295. circa mediam noctem in campum intra Syl-  
vam non procul à Riineto situm et ad piam quam-  
dam Matronam ~~honoratam~~ cui Laureta nomen erat,  
spectantem detulerunt. Ab hujus Matrona nomine  
locus postmodum Lauretum vocatum est; valent  
tamen alii ab eadem Sylva, quae Laurina erat, illum  
nomen accepisse.

Ajunt hujus Saurae Adiculae proventus, praeter  
dona et vota, quae ibidem offeruntur, annuatim  
3000. Sutorum Romanorum summam aquae.  
Frequentes fiunt ad illam fidelium peregrinatio-  
nes, adeo ut Solemnioribus festis eorum 10. usque

12000. numerentur, inter quos sunt etiam altioris nota persona.

Lauratum non nisi Ecclesiastici, Agnorum Dei, Rosariorum, et aliarum imaginum Mercatores, nec non cariones, qui peregrinos hospitio recipiunt, q̄ olim Oppidum duntaxat fuit, Sixtus Papa V. urbem fecit, ac in ea Episcopum constituit; vales et propugnaculis circumdavit, quo Turcarum ingenti, qui in illius Ecclesia operantur, thesauro inhiantium excursiones coercerentur. Idem Pontifex Ordinem Equestrem ibidem instituit sub hujus Urbis nomine an. 1587. instituit, cuius tessera fuit aureus nummus ex una parte effigiem B. V. Mariae, ex altera vero Sixti V. referens. Equitum numerus erat 200. quorum obligatio esse debebat, Lauratum tueri, et Marchiam Anonitanam aequè ac eidem adjacentem Maris Adriatici partem à piratis purgare, pròinde ad Saram eadem peregrinantium iter præstare tutum. At post Sixti Papa V. obitum hic Ordo obsolevit, illiusque nomen remansit titulus.

6<sup>o</sup> Firmium seu Bicennum | Firmo: | Civitas Archiepiscopalis ad montem quendam, sita non procul à Sinu Adriatico sita 21. miliaribus à Macerata ad Euronotum, 27. ad Aquilonem ab Anulo. 39. ad Euronotum ab Anona, et 120. à Roma sub 98. Long. 31. m. 28. Lat. 43. m. 8. Satis populosa est, eique habet 9. miliarium territorium à littore Maris Adriatici. Alia est à Veteri Firmio, cuius rudera non procul ab ipsa adhuc hodie cernuntur. Illius meminit Plinius Ep. VI. 13. eamque Castellum Firmianorum vocat. Item Plinius loc. cit. Vires Phil. VII. 9. et Livius XXVII. 10. XLIV. 40. Incolas Firmianos vocant. Una illarum urbium erat, quae Romanis adversus Hannibalem Suppetias tulerunt. Anno 1589. Sixtus Papa V. Archiepiscopalem facit. Est patria Lactantii, qui sub finem Saeculi III. et initium Saeculi IV. variis Scriptis Ecclesiam illustravit, unde et ab ea Firmianus cognominatus est.

7<sup>o</sup> Ripa Transona, seu Transonis, et Ripa Trafontana | Ripa Transone seu Trafontana: | Urbs Episcopalis populosa et munita sex miliaribus à Sinu Veneto, quatuor versus Orientem à Monte Alto, et novem versus Austum à Firmio distita. Illius Episcopatus à Papa Pio V. an. 1571. fundatus atque Summo Sedi immediata

Subiectus fuit: illum Sixtus V. Archiepiscopatus Firmia-  
no à se recens arcto subiecit, Prater Ecclesiam Catho-  
licam, alia adhuc circumstant Ecclesia, quarum tres  
sunt parochiales, tria virorum et duo Virginum Monas-  
teria. Diocesis satis ampla est, ac varias sub se con-  
tinet urbes, in quibus usque 7000. animarum nume-  
rantur. Ptolomeus urbem hanc Cyram Monta-  
nam vocat.

8<sup>o</sup> Mons Altus |: Monte Alto seu Montalto:| Urbs Epis-  
copalis in monte excelso inter Arim |: Erino:| et Ta-  
sim |: Tesino:| sita 12. miliaris ad Austrum à Firmio,  
et 10. ad Septentrionem ab Aesulo. Illam condi-  
derunt Patricii, qui ab Aesulo huc transierunt, et quia  
Mons iste duobus constabat apicibus, etiam in unoquo-  
que illorum urbem duplicem excitaverunt, quarum  
una Mons Patricius |: Monte Patricio:| altera simpli-  
ter Mons dicta est. At cum postmodum et adhuc  
ante tempora Luitprandi Longobardorum Regis pra-  
eque et opulentiores Montis, quae urbem ob eius  
angustiam finitimi populi Monticulum |: Montal-  
tello:| vocaverunt, incola ad Montem Patricium se  
contulerunt, ut magis ab hostium incursionibus tuti  
essent, ibique versarentur, quae Urbs postea Mons  
Altus nuncupata fuit. Usque 5000. Incolarum in ea  
numerantur, atque tam saluber aër spirat, ut nun-  
quam in ea quidquam de peste sagittum fuerit, multi-  
que cives vitam ad 110. et 120. annos vitam prota-  
hant. Solum habet fertilissimum, quod vinum  
exquisitum aliaque ad vitam necessaria profert  
abundanter. Sixtus Papa V. non procul ab ea na-  
tus est, et quandiu Cardinalis fuit, ab illa num-  
cupari voluit. Multis reliquiis, et praestantibus  
privilegiis donavit; in eaque Episcopum an. 1586. <sup>q. eam</sup>  
instituit, quem Archiepiscopo Firmiano subiecit.

9<sup>o</sup> Aesulum Picenum seu Anconitanum |: Aesco-  
li:| Urbs satis ampla et populosa, olim Piceni-  
mum Marchiae Anconitanae Metropolis, Sedes Epis-  
copi Sanctae Sedi immediate subiecti, supra  
montem, cuius pedem Torentum |: Tonto:| ab-  
luit, sita, 20. miliaris versus Occidentem à Sinu  
Veneto; 9. ad Austrum à Monte Alto; et 18. à  
Firmio versus Aquilam. Huius Urbis Incola  
primi fuere, qui in bello Sociali seu Marsicano cum  
Marsis\* adversus Romanos foedere icto consilium cepe-

\* Luitprandus longo-  
bardorum Rex in  
Regno successit patri  
suo Arisprando seu  
Arisprando circa  
an. Ch. 713. septi-  
trinque tenuit  
usque ad an. 745.  
quo mortuus est.

\* Marsi veteres Ita-  
liae populi, circa

altioris  
omni  
tores, re-  
19. Oes  
u feuit  
aulis in-  
ulesia  
es corre-  
tam illi  
tituit, in  
ta effi-  
ferens  
tis effe-  
Anoni-  
bratic  
in ad  
it post  
lingue  
tas h  
ul i  
Lup  
in alba  
lat  
Alia  
labryfa  
nius Ep.  
t. J  
M. 10.  
larum  
lem sup.  
a V. de.  
i, qui  
iris sup  
minis  
Trois-  
ropali  
is, que  
amis  
fura  
militate

Lacum Tuscium | ha- runt binos Romanos Consules ferto quodam die, qui  
 us Si Celano: | ac in ea Feria Latina nuncupabatur, atque ea veteri con-  
 Regni Neapolitani pro- Suetudine extra Urbem Romanam supra montem Alba-  
 vincia, quae nunc Apu- tium Ulterius | Abnu- num celebrari solebat, tunc dandi: at Satuta pro-  
 to Oltra: | vocatur, ditione Arulanum Bronsulam Derrilium ajusque Vi-  
 Sedes habuere. carium Fonteium omnesque, qui apud ipsos erant, Ro-  
 manos. an. U.C. 683. neii Federunt. Inde bellum

exortum, in quo Romani, cum initio res male ipsi cepisset, tandem Duce Gabinio Massos eorumque foederatos profligarunt, Arululumque in cineres redegerunt, quod postmodum restauratum fuit et valide munitum, ac tandem Summa Sedis factum est. An. 1554. prope hanc Urbem praesidium initum est Gallos inter et Hispanos. An. 1598. in ea Episcoporum conventus actus est. Arululum est patria Nicolai Papae IV.

10<sup>o</sup> Camerinum | Camerino seu Camerini: | Urbis vetus, opulenta et munitissima in monte non procul ab Apennino et <sup>ad</sup> Chientium | Chiento: | flumen posita 30. miliaribus ad Euro. Aquilonem à Spoletis, et 48. ad Africum ab Ancona sub gr. long. 30. m. 42. lat. 43. m. 8. Olim ad Umbriam pertinebat. Geographi Graeci, ut Strabo et Ptolemaeus illam Camarinum vocant, Latini vero Camerinum. Plinius illius Incolas Camerites nuncupat, ut et Cicero pro Balbo c. 20. item Silius Italicus lib. 8. v. 462. Item Cicero pro Sulla c. 19. hujus Urbis territorium Cameritem Agrum nominat in Nominativo Cameris Ager. Apud Frontinum de Colon. Ager Camerinus vocatur.

A medio Saeculi XIII. Urbis haec sub Dominis Varanorum fuit, et an. 1520. Leo Papa X. illam in gratiam Joannis Mariae Varani illam et ejus territorium Ducatum dixit. Post ejus mortem Guido Baldus de Roboreto Dux Urbis illam, exclusis Iriti Varani agnatis, sibi aperuit, à quo tamen an. 1539. Paulus Papa III. illum ejecit, et eam Nepoti suo Octavio Farnesio, vel, ut alii volunt, illius Patri Patro Ludovico in feudum tradidit; at ubi hic Ducatum Parmensem adeptus est, Camerinum demum ad Sanctam Sedem rediit.

Camerini jam an. Chr. 248. Evangelium praedicatum fuit. Est Sedes Episcopi Summae Sedi immediate Subjecti. Probus illius Antistes interfuit Romano Concilio III. quod sub Symmacho Papa, quia ab an. 498. usque ad an. 514. rebus Euleria praesuit, celebratum est, ut et Concilio ibidem IV. in quo loco Came-

rinensis legitur Cameianensis. Alias huius bina Syroli habitata fuerunt, scilicet an. 1584. et 1587. quarum Sane-  
tiones adhuc supersunt.

11<sup>o</sup>. Fabrianum | Fabriano | Urbs ampla sub Apenninis et in confinis Duatius Urbini posita 6. miliaris ad occidentem à Matilia, et 14. ad Septentrionem à Camerino. Nota est à praestanti papyro, quo in ea conficitur, et quia illarum Urbium, quo quatuor Italiae Castella nuncupantur, una sit. Nicolaus Papa V. qui ab an. 1447. usque ad an. 1455. Ecclesia claustrum tenuit, illam restauravit et ampliavit. Alexander VI. qui ab an. 1492. usque ad an. 1503. Pontificatum gessit, multis aedificiis illam ornavit, ac in illius foro Silanum erigi curavit. In hac Urbe multa sunt Monasteria et divites Abbatiae, quarum Ecclesia marmoribus inaequalis picturis, et praestantibus sculpturis decorata sunt. Corpus S. Romualdi in Ecclesia Camaldulensium, quorum fundator est, quiescit. Patres Montis Cliveti huius habent Conventum S. Catharinae.

12<sup>o</sup>. Cingulum | Cingolo seu Cingoli | Urbs antiquissima et celeberrima, necnon comite aedificata, in amoenissimo colle ad Musonem fluvium, Asium inter et Hannum D. Severini 10. miliaris ad Austrum à praestantibus et 9. ad Septentrionem ab isto, et 12. ad Africum ab Auximo. Opinantur aliqui eam primitus Ciriaceam dictam fuisse, et à Rege Ciriace conditam fuisse. Certum est Romanos eam Cingulum vocasse vel à cingulo militum, quod Labienus, qui eam vel à fundamentis eruitavit, vel saltem restauravit, ~~restauravit~~ veteranos milites ad illam incolendam miserit, vel quia colleam, in quo posita est, omnino circumclaudit.

Varios habuit Dominos: initio sub Romanorum potestate fuit, iis in deterioribus abeuntibus, modo isti modo illi, praesertim aliquandiu familia de Cina parere debuit, donec etiam illius jugum exiecit. At an. 1443. Alphonsus Aragonum Rex illam Romanam Sedi subiecit, ita tamen, ut varias immunitates servasset. Populosissima est, ac in ea et ipsius territorii, quod tres Deces et duodecim Pagos complectitur, ultra 10000. animarum numerantur. Pulchram habet Ecclesiam Collegiatam et duas Parochiales, sex Monachorum et tria Monialium Conobia;

priora sunt Silvestrinorum, Prædicatorum, S. Francis-  
ci Observantium, at Conventualium, Augustinianorum,  
et Capucinorum Monasteria; posteriora sunt  
S. Spiritus, S. Sperandea, et S. Catharina, quod vetus-  
tissimum et celeberrimum est totius Marchie Anconi-  
tanae Ordinis S. Benedicti Conventum. Adhuc etiam  
Duo Novoromia, et Divus Mons pietatis. Olim etiam  
proprios habuit Episcopos, quorum tamen nomina se-  
quentes noti sunt Sicut Theodosius, S. Pauperan-  
tius, et Julianus, post illorum obitum Episcopum habe-  
re desit et Ansimino subiecta est.

13<sup>o</sup> Matilica | Matelica seu Matalica: | Oppidum  
ad Samum | Sans: | fluvium positum 8. milliariis versus  
~~occidentem~~ occidentem à Fano S. Severini, et 7. ad Ori-  
entem à Fabriano. A Rosio Rosella filio centum  
post Romanam annis excitatum ~~foris dicitur~~ ac olim  
urbis municipalis fuisse dicitur. Illius meminit Fron-  
tinus de Colonis et Plinius lib. 3. c. 14. qui illius inco-  
las Matiliatas vocat. Locus iste belli perisq[ue]  
temporibus celebres protulit viros, inter quos proci-  
pue memoratur Conradus Bononensium exercitus Dux,  
qui an. 1404. in quadam obsidione vitam amisit.

Præter ceteram Collegiatam Ecclesiam plures ad-  
huc alia hic numerantur, nempe 5. virorum et 2.  
Monialium Conventus. Antehac etiam Sedem  
Episcopalem habuit, quæ tamen ob aliquos et im-  
minutos ipsius redditus Camerinum translata est.

14<sup>o</sup> Fanum S. Severini | San Severino: | Urbs angusta  
et Sedes Episcopalis sub Archiepiscopo Firmiensi an. 1586.  
à Sixto Papa V. erecta, ad Potentiam | Potenza: | flu-  
men inter colles posita 6. milliariis ad apicem à To-  
lantino, propè ruinas veteris Septempeda, quam Go-  
ti an. 543. exciderunt, condita fuit. Præter Ecle-  
siam Cathedralis, quæ honoribus S. Severini dicata  
est, adest Eulania parochialis, et 7. virorum Monas-  
teria, varia Oratoria, 7. confraternitates laicæ, et  
12. adhuc alia confraternitates, Xenodochium, Mons  
pietatis, et Seminarium hic numerantur.

15<sup>o</sup> Tolentinum, seu Tolentium | Tolentino: | Urbs  
haud magni ambitus loco eminenti et iunundo ad si-  
nistram Chienti | Chiento: | ripam posita 6. circi-  
ter milliariis ad Orientem à Fano S. Severini,  
10. ad Apicem à Macerata. Vetus est, illius-  
que meminere Ptolomæus lib. 3. c. 1. et Plinius  
lib. 3. c. 13. qui Incolas Tolentinos vocat. À quo

et quando condita fuerit, nihil certi habetur. Recen-  
tiores Scriptorum ajunt illam olim fuisse Co-  
loniam Romanam, at Veteres hac de re nihil  
memorant. Idius antiquitatem non solum mul-  
ta vetera numera, sed et plures antiqui Romani num-  
mi ac Inscriptiones, quae hic deteguntur, produnt.

Juris sub Romanorum potestate fuit, postea Go-  
thorum et Longobardorum, et tandem Imperatorum ac  
Summorum Pontificum, sub quibus etiamnum adhuc  
degit, facta est.

Urbis haec jam saeculo V. Episcopum habuit, cujus Sedes  
an. 1586. à Sixto Papa V. Maceratensi Episcopatu juncta  
fuit. Praeter Eusebiam Cathedralium, quae S. Francis-  
ci dicitur, adhaec adhuc duae Parochiales, et Collegiata,  
Oratorium Presbyterorum S. Philippi Neri, quatuor Vir-  
orum et duo Virginum Monasteria, octo Confraternita-  
tes laicorum, Novocomium, Mons pietatis, et Semi-  
narium Clericorum. Non procul ab ipsa existit cele-  
bris Abbatia Clava vallis dicta, quam nunc Jesuitae  
occupant.

Ceterum Civitas haec celebris est à reliquiis S. Nicolai  
Ordinis Eremitarum S. Augustini, quae in ea aservan-  
tur. Sanctus vir iste triginta annorum spatio in illa  
demonstratus est, unde et ei Tolentini cognomen indi-  
tum est. Patria ipsius fuit Oppidum Castellum S. Angeli  
Sant Angeli: dicitur non procul à Cingula in monte po-  
situm. Tolentinus est Tolentini natus est Fran-  
cisus Philadelphus celebris saeculi XV. Philosophus, Poeta,  
et Orator, qui Bononiae in protracta Senectute obiit.

10<sup>o</sup> Macerata Urbis in monte prope Chientum: Chi-  
ento: flumen, et quinque miliaribus ab ejus ostio sita  
10. circiter miliaribus paulo versus Africum à Ricineto.  
Credetur ex ruinis Helviae Praenae, quam Gothi exci-  
derunt, fuisse aedificata. Est Sedes Episcopi Me-  
tropolitae Trionensis Suffraganei an. 1320. à Joan-  
ne XXII. creata. Habet etiam Universitatem à Papa  
Nicolaus IV. an. 1290. fundatam. An. 1733. Urbis haec  
magnum damnum à terra motu passa est.

### S. VI.

#### De Umbria seu Ducatu Spoletano.

Umbria, seu Ducatus Spoletanus vel Spoletinus  
[Umbria seu Pl. Ducato di Spoletto:] olim sub Soli-  
us Umbria nomine multo amplior erat, quam  
nunc sit, enimvero ad Septentrionem ad Septentrio-



nam Rubiconis fluvio, ad Orientem Marii Supero, ad  
 Meridiem Piceno et Nari flumine, et ad Occidentem  
 Etruria, à qua Tiberis illam separabat, claudetur.  
 Idam Apenninus in duas partes dividebat,  
 scilicet in Umbriam Cis-Apenninam, et Umbriam  
 Trans-Apenninam. A Graecis Ουβριχίη dicta  
 fuit à vocabulo Graeco Ουβρος Imber propter pluvia-  
 les tempestates, quae regionem inundant. Plinius  
 lib. 3. c. 14. hanc originem fuit, ubi Umbrosum quos,  
 ait, antiquissima Italia existimatur, ut quos Ombrios  
 à Graecis putant dictos, quod inundatione terrarum  
imbris hyperflissent. Alii volunt Umbriam seu  
Umbros ab Umbroso flumine dictos esse, alii vero  
 nomen istud ab Umbra derivant, quod Umbrosum  
 regio ita montibus cingatur, ut Subipsis velut  
Subumbra jaceat. Solinus de Italia. ait quosdam  
 asseruisse Umbros ortos esse à veteribus Gallis,  
 quod tamen via est probabile. nihilominus haud sine  
 ratione dici possit, Senones Gallos illam ad Mare  
 Apenninum usque sitam Umbria partem incolis-  
 se. Seque Umbros junxisse, at Senones primi  
 Gallorum haud fuerunt, qui Italiam petierunt.  
 Quidquid ea de re sit, Latini Scriptores, omnes hujus  
 plage nomen cum U et non cum O quemadmodum  
 Graeci scripserunt.

Umbria patria fuit Propertii, prout ipse ait lib. 1.  
 suorum Elegiarum

Proxima supposito contingens Umbria Campo  
Me genuit terris fertilis uberibus.

In plurali dicitur Umbri, et in singulari Um-  
ber, juxta hos Catulli versus in Equatium:

Si Urbanus esses, aut Sabinus, aut Tyberus  
Aut pareus Umber, aut obaeus Hetruscus.

Ad mare jaccens Umbria vel saltem major hujus  
 plage pars, quam Senones Galli incolebant, no-  
 men Agri Gallii seu Galliani semper retinuit,  
 etiam postquam haec regio primis suis habitato-  
 ribus restituta fuit, unde Titus Livius lib. 39. c. 44.  
 ait: Coloniae duae Potentia in Bicennum, Bisaurum  
in Gallium Agrum deductae sunt. Ptolomeus  
 lib. 3. c. 11. sequentes urbes collocat in Umbria, id  
 est, in ea hujus regionis postquam ad Mare sita  
 parte, quam Senonibus seu Senonibus tribuit

Pitinum, Tifernum, Forum Sempronii, Isuicum, Aesim,  
Juficum, Corriam seu Penniam, Sentinum, As-  
sinium, Camerinum, Nuceriam, Coloniam.

Umbros potentem fuisse populum patet ex  
Plinio, qui ait Helouicos, cum bellum gererent  
aduersus Umbros, trecentas ipsorum Urbes deuas-  
tasse. Idetiam laudis Umbris cepit, quod pro aliis  
Itreni milites essent. Illorum regio universim  
complectebatur hodiernam Ducatum Urbium,  
Marchia Anconitana partem, et Ducatum Spo-  
letanum, qui modo simpliciter sub Umbria nomi-  
ne ~~notis~~ etiam venit, et quem modo expendimus;

Sub Spoletani Ducatus nomine primum an. 572.  
notus fieri coepit, cum scilicet Longinus Exarchus Ra-  
uennatis sub auctoritate Imperatorum Orientis  
Dux in eo constituit. Extincto à Longobardis Exar-  
chatu, sub ipsius Dux huius regere perreuerunt; at cum  
Rotgaldus Longobardorum partes aduersus Carolum M.  
impletus fuisset, an. 775. capite truncatus fuit, ip-  
siusque Ducatus postea cuidam Henrico Nobili Fran-  
co traditus fuit, qui aliquanto post tempore ibi-  
dem è uiris exegit. Ducatum hunc deinde Carolus  
M. unicum omnibus ad eum pertinentibus Romanae  
Ecclesiae dedit. Legimus tamen in eo Duxes fuisse  
usque ad an. 1198, forte tanquam Sanctae Sedis funda-  
tarios. Quidquid ea de re sit, modo totus iste Dux-  
tus immediate Summae Sedi subiicitur, et uelut  
patrimonium S. Petri consideratur. Eidem Papa  
gubernatorem praeficit.

A Septentrione ad austrum ad 47. et ab Oriente  
ad Occidentem ad 63. miliaria porrigitur, illiusque  
limites sunt ad Septentrionem Marchia Anconitana,  
et Ducatus Urbium; ad Orientem Aprutium Ulterius;  
ad Meridiam Sabina, et Patrimonium S. Petri; et  
ad Occidentem Agri Urberentanus et Berusinus.  
Solum ejus quamvis plerumque uliginosum tamen  
fertilissimum est, praesertim planities Fulgini-  
ensis, quae à Spoletis Berusam usque porrigitur.

Hujus Ducatus Incolas Plinius Spoletinos uo-  
cat, et Livius Spoletanos. Praecipui illius flu-  
uii sunt Tiberis, Nerui, et Teneas seu Teneas: To- 4 Nar  
pino: Urbes et loca praecipua modo anno-  
tamus. occurrunt igitur

Lugens, di  
curantem  
laudebra  
diridit  
Umbria  
y Rata  
tor plura  
Plinio  
vnum  
os Omb  
tororum  
em seu  
i uero  
abrorum  
velut  
quodam  
allis,  
milia  
Nare  
medias  
rimis  
erunt.  
es hujus  
Ducatu  
Um-

10 Spoletum, Spolatinum | Spolato: | Civitas Caput totius Ducatus, à qua nomen habet, Sedes Episcopi Summae Sedi immediate Subjecti, et populosa, cum arce munita, partim in colle et partim ad extremitatem amoenae et fructiferae planities. Sita 23. miliaris ad Euronotum à Perugia; 30. ad Orientem ab Urbsventano, et 60. ad Septentrionem à Româ, sub gr. long. 30. m. 25. lat. 42. m. 45.

Antiqua est, illiusque sub nomine Spoleti seu Spolatii meminerunt Liber De Originibus Catonis, Strabo, Titus Livius, Ptolomaeus, Suetonius in vita Vespasiani, et Oroscopus. Plinius Spolati Incolas, quos Spoletinos vocat, in sexta Regione collocat, et Titus Livius huic Urbi Romanae Coloniae titulum tribuit. Antoninus ait eam in via Flaminia pontam esse. Annius asserit, quod hinc prima et Caput Vilumbrosum fuerit, atque Spoletum dicta fuerit vel à quodam Belli- ducè Hetrusco, cui Volus nomen fuit, vel à Spolave quadam, quae in eum locum, ubi illius fundamenta jacebantur, advolavit. Ptolomaeus etiam illam in serie Vilumbriae Urbium collocat. Titus Livius hujus Urbis sapienter meminit, praesertim lib. 22. ubi ait Annibalem, postquam à Romanis victus fuit prope lacum Canninum victus fuit, Spoletum frustra obsidisse, atque inde soluta obsidione exercitum suum in Picenum hodie Marchiam Anconitanam deduxisse. lib. 27. ait Spolati mulierem in viam mutatam fuisse. et lib. 28. Incolas Spolitanos in serie Coloniarum collocat, quae Romanis adversus Hannibalem supplicia tulerunt. Theodoricus Gothorum Rex hac Urbe multum delectatus est, in eaque magnificentissimum palatium aedificavit, at post ejus mortem à Gothis unam urbem devastatam fuit, quam deinde Marsetes Eunuchus celebris Justiniani Imperatoris Belisarius restituit. Fredericus Barbarossa illam de novo excidit, quod Incola Alexander Papa III. faverat, tunc omnia infortuniorum genera pestulit, de dicatae virgines militum omnia crudelitatis genera exercentium beluina prociuitate haud tutae fuerunt. Vix respirare coeperat, cum Perusini illam

~~Assisines Troscion~~  
~~Lipratos, Sacator~~  
~~Betipinas & Plinius~~  
~~De xxx, Corpositar.~~

invadentes an. 1324. combusserunt. Postmodum restaurata fuit ac multum ampliata. Circa illius numerosi sunt et opulenti. In ea omnia ad vitam necessaria occurrunt abundanter, ipsiusque territorium vinum, frumentum, Oleum amygdalas et alios fructus magna copia profert. In superiori Civitatis parte Arx est, quam situs satis munitam facit, . Adhuc etiam quaedam vetera monumenta, ut Arx triumphalis mediae huius parte diruta, reliquiae Amphitheatri, et varia disrupta marmora; at haec omnia sine inscriptionibus, excepto Arce, in quo aliquot adhuc litterae distinguuntur. Aqua ductus, quo Mons S. Francisci cum Spoletano jungitur eo spectabilior est, quo integer adhuc persistit, nec ab eo tempore, quo factus est, utilis esse desierit, verum non nisi Gothicum opus est. 350. passus longus est et 230. a profundissima interjunctis vallis parte scilicet, altus.

Prater Ecclesiam Cathedralen, quae speciosa et marmore perstrata est, 22. Parochiales Ecclesiae Spoletani numerantur. In Cathedrali Sacellum est, in cuius solaris cernitur Imago B. V. Mariae, à S. Luca Evangelista depicta, et magna S. Crucis Christi portis, utraque Fredericus Anobardus ei dono dedit. Episcopatus Spoletanus statim primis Christianismi temporibus sensit initium, ipsaque S. Petrus S. Britium ibidem Episcopum instituit, qui in illius honorem Cathedralen Ecclesiam erexit, quae postea B. V. Mariae nuncupata fuit.

Cicero de claris Oratoribus loquitur de quodam Cornuto Spoletano, qui celebris Orator fuit. Iuxta Eusebium Melissus Grammaticus huius natus est. Tempore Diocletiani SS. Carpofores Presbyter et Ursus, Abundius ~~Diaco~~ Diaconus, Sabinus huius Urbis Episcopus, Exsuperantius, Marcellinus Diaconus, Venosianus vir nobilis, illius uxor et liberi, Gregorius et alii Ecclesiastici et huius Urbis Involca in ea martyrio coronati sunt.

Quingentis ab Urbe passibus extat Templum, quod Concordia dicatum fuerat, et quod hodie Sacellum S. Crucifixi vocatur.

È Regione Urbis partis illius, quae in colle posita est, etiam supra collem extat Castrum, quod, quamvis inter utrumque vallis jaceat, tamen ponte 24. columnibus fultis eidem adjungitur.

Non procul ab hac Urbe occurrunt Mons seu Sanum Mons Alolius dictus, quod

hyemis mensibus scilicet Novembri, Decembri, Januario et Februario per fissuras tanto impetu ventum et aërem in se trahat, ut integros pannos, et quidquid ei obijciatur, seum abripiat. Quatuor aëstatis mensibus Majo nempe Junio, Julio et Augusto, ibidem Jennis perforamina et fissuras extendit, quem Cosis Oppidi quosdam per tubos in suas cellas vinarias et domos deducunt, ut ea vina sua, et se ipsos refrigerent. Non procul ab hoc ventoso monte Velini fluminis cataracta occurrunt, qui ab eminenti 300. pedum saxo in profundam valem precipitatur tanto cum strepitu, ut qui propius accedunt via non aurium sensu dammentur, murmur et strepitus ipsius ad 5. miliaria Italia audivi dicitur, et continuam pluviam, quae unquam Sole magnam Joidum copiam effigiat, parit.

29. Trebia | Trevi: | Oppidum ad dexteram Clitumni fluminis positum quinque circiter miliaribus a Euronotum a Fulginis. Creditur esse Trebia Veterum. Virgilius Æneid. lib. 8. illam Mutinam vocat; Martialis vero eadem Trebula nomen tribuit. Quidam contendunt eam esse Lucanam Treverensem dictam fuisse, cujus devastatae riviera quingentis circiter passibus ab hoc Oppido adhuc depressunt. Oppidum istud seu Urbs est Sedes Episcopi jam a seculo v. et apprimè floret, in eaque sunt præter Collegiatam, et Parochialem Ecclesiam 5. virorum et 4. virginum Monasteria, Xenodochium, Mons pietatis, et Seminarium. Eisdem Dominatur Episcopus Spoletanus.

30. Fulginia seu Fulginium, item Fulginium | Foligni seu Foligno: | Civitas Sedes Episcopi Summa Sedi immediate Subjecti ad littus Teneæ | Topino seu Tino: | fluvii partim in declivitate montis, et partim in planitie totius regionis pulcherrima et fertilissima 15. miliaris a Spoleto posita subgr. long. 30. m. 15. lat. 42. m. 55. Amoena est et opulenta Mercatoribus repleta. Ipsius plateæ rectæ sunt et velut ad lineam ductæ, et magnam forum ingentia occupant ædificia, inter quæ eminent Brætorium et Gubernatoris Palatium. Quatuor portas habet, ac in ea plusquam mille quadringentæ familiae numerantur, quæ ferè novies mille animas complectuntur. Civos omnes sunt alienigenarum, hinc est, quod hi libenter in ea Sedem figant, ut in qua per varias artes, et opificia

commodam agere vitam possint; Specialiter hu op-  
tima Salgamma Saccharo condita conficiuntur.  
Multae etiam in ea numerantur officinae, ~~officinae~~ Castariae,  
et operum Bombycinorum officinae, celebres quo-  
que aguntur Mundinae, quae 20. Maji incipiunt,  
et primum 20. Julii desinunt. Praeter has aliae  
adhuc in illa celebrantur, ac 24. Januarii inci-  
piunt, et per octo duntaxat dies durant.

Antiqua est, illiusque meminerunt M. Portius  
Cato libro de Originibus. Cicero in oratione pro  
Cornelio Balbo. Caesar Comment. lib. 5. de bello Ci-  
vili. et multi alii auctores. Libera Civitas erat,  
quae sub praesidio Romanorum, qui hujusmodi ce-  
terae Urbes Municipia vocabant, propriis legi-  
bus vivebat. Saeculo Ecclesiae octavo conflata  
involorum Triarii Flamini, qui post exitum  
urbem suam, in illam se receperunt, multum  
ampliata fuit. Durante civili qualiforum  
et gibelinorum bello, quod Italiam saeculo XIII.  
tandem devastavit, Barisani an. 1281. illam  
penitus exiit erunt; ubi autem demis aedificata  
fuit, Tringii illius dominium sibi asseruerunt,  
in eaque imperassent diu et admodum tyrannice  
imperarent, donec Cardinalis Vitelleres Legatus a  
latere hujus familiae ultimum an. 1439. interfici  
curavit, et urbem demis Sanctae Sedis subiecit.

Tringii praeter Ecclesiam Cathedralis, quae hono-  
ribus S. Feliciani quondam illius Episcopi, et cujus cor-  
pus sub humis altari quiescit, adhuc duae Collegia-  
tae, octo Parochiales numerantur, ut et 12. viro-  
rum et totidem Monialium coenobia, plura No-  
comia, et Confraternitatum Oratoria, ita ut  
Sexaginta Tempora ~~is~~ ibidem occurrant.

Hujus Urbis celebritas inde augetur, quod multos  
Cardinales, et ultra triginta Episcopos Ecclesiae de-  
derit, et ex ea quamplures Jurisconsulti et cele-  
bres Medici protulerint. S. S. Crispinus et Bori-  
ce S. Petri Apostoli Discipuli primi fuerunt, qui  
hic, in foro Flamini et Nucerina Evangelium an-  
nuntiaverunt, ubi et primi Speciales Episcopi fue-  
runt, ipsorum Successorum celeberrimus, qui sextus  
est, fuit S. Felicianus. Multorum hujus Urbis An-  
tistum Subscriptiones in Actis variorum Conciliorum,

¶ Leguntur, ¶ ut Fortunati, qui Concilio interfuit, quod an. 501. à Symmacho Papa Romae celebratum fuit, et Flori, qui in Saeto Oecumenico Concilio Constantinopolitano testis sub Agathone Papa an. 767. habitis praesens fuit. Quam plures alii Praelati, qui vitae sanctitate, natalibus, et purpurea splendore calabres fuere, hanc Ecclesiam reuerunt, inter quos fuit Cardinalis Joannes De Medicis, qui postea sub nomine Pii IV. Papa factus est.

4.º Nuceria, item Nuceria Alfaterna ¶: Nocera seu Norcia: | Urbs non adeo magni ambitus, Sedes Episcopi Summa Sedi immediate Subjecti, et inter antiquissimas Umbriae Civitates, nec ultima nec minima sub Apennino, in confiniis Piceni seu Marchiae Anconitanae, prope unum Tenae ¶: Topino seu Tinto: | fluminis fontium sita 16. milliariis ad Aquilonem à Spoleto, et 15. ad occidentem à Camerino.

Strabo eam lib. 5. p. 227. Nuceriam vocat, atque in ea vasa lignea confici, quae multum aestimantur. Ptolomaeus ei nomen Colonia tribuit lib. 3. c. 1. et Plinius lib. 3. c. 9. eam simpliciter Nuceriam nuncupat. Antiquitus etiam Nuceria Alfaterna dicebatur, procul dubio, ut ab aliis ejusdem nominis Urbibus distingueretur; etiam aliquando Constantiana nomen gessit, à Constantino M. qui eam restauravit.

Proter Ecclesiam Cathedralem in ea sunt tria virorum et unum Virginium Monasteria, Xenodochium, Seminarium, et Mons pietatis. Habet salubrem fontem, cujus aqua ad bibendum longe lateque derivatur. quatuor circiter animarum milia continet. Divicaris vero 20000.

5.º Hyppellum ¶: Spello: | Oppidum in quodam Apennini colle positum 4. vel 5. milliariis versus Septentrionem à Fulginia. Antiquitus Urbs erat, quam Strabo, Itinerarium Antonini, et Silius Italicus Hyppellum nominant, Plinius vero Hyppellium. Urbis Beneviae jurisdictioni subiacet. Olim Romana Colonia fuit, quod testatur Plinius lib. 3. c. 14. an. 1529. Philibertus Princeps Aversanus eam destravit, Casarius hic Bellidua tunc Beneviae invasurus erat, ut ad instantiam Papae Clementis VII. ex ea Malatestam Baldionum expelleret. Paulus Papa III. eam postmodum moenibus nudavit, et ex Urbe oppidum fecit. Illius antiquitatem probant ruinae veteris cujundam Amphitheatri, et quaedam adhuc

alia monumenta. Jam à seculo VI. ibi Episcopatus cum  
Spolatanis junctus est.

60. Apsinum [Apsisi seu Apsis:] Urbs Episcopalis, me-  
diocriter magna ad latus anclivi montis Apsini [Chias-  
cis:] inter et Teneam [Tegins:] qui juncti postmodum  
in Tiberim incidunt, sita 12. miliaris ad Evonotum  
à Perusia. Veteribus jam nota fuit. Ptolomaeus  
illam Abisior vocat, et Plinius illius incolae Apsi-  
nates lib. 3. c. 14. Manuscripta habent Apsinates  
Harduinus in t. c. Plinii. Inscriptio, quam praefert q. p. 21.

Quotiens, prout fuisse Civitatem liberam, enim-  
veris legitur in ea Municipium Apsinacium. De-  
nique Procopius illius habitatores Abisivos nunciat.

Urbs haec gloriatur se ostium Iadise S. Francisco  
Seraphico, et S. Clara. Ecclesia S. Francisci magni-  
fica est et ex tribus una super alteram composita  
constat, et Ecclesia S. Clara mediocriter magna est,  
sed celebris ob illius corpus, quod sub principali altari  
reconditur. In Ecclesia Cathedrali sub altari  
majori quiescit corpus S. Rufini Martyris illius Ba-  
troni. Jam à pluribus saeculis habet Episcopum,  
legimusque Aquilinum illius Antistitem an. 649.  
Concilio Lateranensi sub S. Martino Papa I. celebrato  
interfuisse. In ea 6000. viriter incolarum nu-  
merantur, et circum illam fructiferi occurrunt  
colles, qui vinum, oleum, et amygdalas proferunt.

q. in quarum infima  
corpus ejus quiescit.

70. Portiunula exiguus campus tribus circiter milia-  
ribus ad Apsinum ab Apsino, olim ad Benedictinos Sub-  
lacones, spectans. Aetate S. Francisci in hoc cam-  
po fuit exigua Ecclesia S. Mariae de Portiunula  
dita, ex quo campus in quo ipsa est, exigua dum-  
taxat pars erat praedictorum, quae ibidem Monachi  
Sublacones possidebant. Etiam vocata est S. Ma-  
ria de Angelis [Madonna degli Angeli:] quia B. V.  
Maria diata erat, et quia Angeli, ut loci traditio est,  
Sapientis in ea apparuerunt. Haec Ecclesiam S. Fran-  
ciscus à Monachis Sublaconibus donis accepit, ubi  
et Ordinis sui fundamenta jecit. Ajunt in ea  
B. V. Mariam Angelis comitatam S. Franciscus ap-  
paruisse. Honorius Papa III. qui ab an. 1216. us-  
que ad an. 1224. Ecclesiae praefuit, huic Ecclesiae ple-  
narias Indulgentias concessit, quae i. Augusti an. 1223.  
à Septem Episcopis promulgata fuerunt, ac post-



modum à variis Pontificibus non modò confirmata fuerunt, sed ad omnes priuè Secundi et tertii Ordinis S. Francisci Ecclesias extenta fuerunt. Tanta est 2. Augusti in hac Ecclesia Inuotio, ut Officiales Afisinate, et Bessini aoma Lunere teneantur, quòd confusionem impediunt, quam magna peregrinorum multitudo uere possit. Ceteris quibusdam annis eorum neque 100000. numerantur.

8<sup>o</sup> Bevania | Beuagna | Urbis exigua ad Clitunnum annem sita 6. miliaris versus occidentem à Fulginio. Illius in uolæ Benerati vocati fuisse dicuntur. Est Memoria Veterum.

9<sup>o</sup> Mons Falconis | Monte Falco | Urbis parua in monte ad Clitunnum annem posita 5. miliaris ad Africum à Fulginio. Ajunt illam ex ruinis Cocoronae an. 1250. devastatae excitatam fuisse. Ibidem est Monasterium Monialium Ordinis S. Augustini, in quo corpus uisdam S. Clarae hujus Urbis civis, quae ibidem Monialis fuit, atque jam ante 400. et quod accurrit, annos è uivis excepsit, adhuc integrum cernitur.

10<sup>o</sup> Tuder seu Tudertum | Tochi | Urbis in colle prope Tiberim posita 20. miliaris versus Austrum à Perugia, et totidem ad Castrum à Naunia. Habet Episcopum Summae Sedi immediate subiectum. Est patria S. Martini Papa I. qui circa medium Saeculum VII. ad Sedem S. Petri euectus fuit. Concilium 105. Episcoporum Romae celebravit, in quo haeresis

\* Monothelita teneantur in Christo unam uentat esse uoluntatem et unam operationem. Inuolare uelle uideantur Eutychianorum haeresim, quae unam tantum naturam diuinam nempe, in Christo admittebant.

Monothelitarum damnata est. Ob id iussu Constantis Imperatoris, qui Monothelitis fauebat, ne nouos Catholicos in Oriente dire persequebatur, ab Enarcho Theodoro Calliopa 16. an. 653. captus Constantinopolim missus est, unde Imperator illum in Chersonesum reuolauit, ubi proximis confectus, vitam finiuit 12. Novembris an. 654. sub initium septimi sui Pontificatus anni.

S. Philippus Benitius natione Florentinus et Ordinis Seruitarum seu Seruorum B.V. Mariae fundator huius an. 1285. in domo, quam pro sui Ordinis Monachis excitauit, diem supremum obiit.

S. Cassianus, cuius festum cadit in tertiam Augusti mensis diem, hujus Urbis Episcopus fuisse dicitur, atque tempore Diocletiani Imperatoris sub Venustiano Praeide martyrium subiit. Sed confundi haud debet cum Sancto Martyre Cassiano, qui in Foro Cornelii | Imola | Scholam tenuit, et

à disipulis suis intorentus est. Propè Tubertum pecu-  
liaris speciei lignum à terra effoditur, quod instar pa-  
pyri in modum marmoris variatæ venas habet, et alias  
veram ligni proprietatem habet, sed sine ramis et  
sine radice; servatur, et ex eo fiunt mensæ, et alia  
utensilia. Lignum fossile vocari solet, quod à terra  
effoditur, et hujusmodi inventum est, quod partim  
lignum partim terra partim petrosactum erat.

11.º Ameria (i. Amelia:) Urbis parva sed antiquissima,  
non sedes Episcopi Summa sed immediate sub-  
jecti, in monte Tiberis inter et Narem fluvios posita  
24. miliaris ad Africum à Spoleto. Veteribus nota  
fuit sub nomine Ameria et illius incolæ sub nomine  
Amerinorum.

Plinius lib. 3. c. 14. post Catonem ait,  
illam 964. annis ante bellum Persiæ exitatum  
fuisse; cum autem bellum hoc A. R. 581. initium huius  
seculi, sequitur, quod Ameria 383. annis ætate anti-  
quior sit quam Roma. Restus hujus Urbis condito-  
rum Amerinum vocat. In Inscriptionibus habetur  
illam fuisse Municipium. In ea promulta anti-  
quitate vestigia reperiuntur, ac inter alia pars  
muri, qui jam pridem ex quadratis lapidibus cons-  
tructus fuit, et vetera ædificiorum fundamenta. So-  
lum habet optimum et fertile vinatis et fructiferis  
arboribus consitum, frumentum, vinum, oleum,  
excellentes fici, astaphides, et alias ad victum necessa-  
rias res profereus.

Ameria fuit patria Horatii celeberrimi Comædiographi,  
quem Cicero tantum fecit, ut etiam illius causam tueretur.

12.º Cesis (i. Cesi:) Oppidum 9. miliaris versus Austrorem  
à Spoleto distans. Declivitatem altissimi montis  
sui potius rupis occupat, quæ ab ortu usque ad oc-  
casum Solis ejus radiis exposita est. Versus Septen-  
trionem rupes ista aliis Apennini montibus jungi-  
tur. In antro hujus rupis subfrigidus ventus in  
estate coepit, quem incolæ per tubos in varia do-  
morum suarum loca deducunt. æstate finita ven-  
tus eodem impetu, quo coepit, antro suo repetit,  
nec amplius, nisi finita hyeme, prohibet. In atrio  
eiusdem hujus Oppidi legitur hæc Inscripcio sequen-  
tibus versibus Italicis comprehensa, ubi de vento  
sermo est.

Ioche del Mare Tirreno hebbi l'impero  
E con tempeste al mio spirar già pronto

\* Perseus ultimus  
Macedoniae Rex.  
Bellum gessit ad-  
versus Romanos,  
quod exitum in-  
felicem habuit.  
nam  
prope Bydram  
Macedoniae ur-  
bem ab ipsis vic-  
tus et captus fuit.

\* vid. sup. ubi de  
Spoleto.  
4 Domus

Feci più volte al timido nochiere  
 Turbar le ciglia e impallidir la fronte,  
 Vengo del altro voglia hor prigioniero,  
 Dalle concave viscere d'un monte.  
 Lui cauto impari ogni superbo intento  
 Che ogn' humana grandezza è per un vento.

13<sup>o</sup> Ternum, Interamnium, Interamna, Interam-  
 nium | Terni, Terani: | Civitas Episcopalis, in Insula, cujus  
 ambitus est quatuor circiter miliarium, quam Insula  
 Nara: | Nera: | fluminis rami efficiunt, inde et Inter-  
 amna p. nomen habet, posita 18. miliaribus versis  
 Austrum à Spoletto, et 84. versis Septentrionem à  
 Roma, sub gr. long. 30. m. 20. lat. 42. m. 4.

Olim longa spectabilior fuit, quam nunc sit, ma-  
 gna omnia, quibus circumdata est, id aperte testantur.  
 Urbs Municipalis fuit, quae tanquam Republica propriis  
 legibus regebatur. Quando condita fuerit ignoratur.

Quaedam tamen Inscriptions in Praetoris aedificata prode  
 videtur eam anno Urbis conditae 30. vel 32. fuisse  
 excitatam. Quidam volunt illius conditorem  
 fuisse Numam Pompilium. Ponti ibidem affixa  
 est Inscriptions, quae tempore Urbani Papa VIII. huc al-  
 lata fuit, quae ait pontem istum à Compejo Magno  
 excitatum fuisse. Civitas hae longitudine hae  
 latitudinem superat. Illius plateae satis rectae sunt et  
 paulò declives sunt, quae publicorum fontium, et ibi-  
 rum, qui intra plerasque domos sunt, aqua illam  
 mundeat, omnesque domos abluere valeant. In ea  
 plusquam bis mille aedes numerantur, et ultra duo-  
 decim animarum millia. Hae duo Libera Mendi-  
 na celebrantur mensibus scilicet Februario et Sep-  
 tembri. Urbs in 6. regiones dividitur, quae 14. Pa-  
 rochias, 8. Monachorum, 5. Monialium coenobia, va-  
 rias Societates seu Confraternitates Praesentium,  
 4. Nosocomia pro pauperibus et aegrotis complectun-  
 tur. Illius Episcopus immediate subest Summo  
 Pontifici. Olim in ea quamplura numeraban-  
 tur Palatia, quorum modo non nisi ruinae super-  
 sunt. Ab an. 1703. tantum Splendoris hui amisit,  
 ut modo nunc priori comparata, vix mutaxat Urbs  
 esse videatur. Comitatus Spadca palatinum tamen in  
 ea videri meretur. Eulteria Cathedralis, quae rotun-  
 da est et Magnifica, antiquitatis monumentum  
 est et Opus. Episcopatus et celeberrimorum Castellorum

et Latinibus perstratis

familia, ad quam uobis pertinet, nemor antiquitatis et  
veteris illius Splendoris quaedam uestigia, aliquanto  
adhuc spectabilem efficiunt.

Hinc amens Republica Regimini, fruita est, ac forte  
illo adhuc fruere, nisi propriorum civium arrogan-  
tia intestinorum bellorum flammam accendisset, qui-  
bus, postquam sapientia devastata fuisset, tandem Roma-  
norum, postea Longobardorum, deinde quorundam  
privatarum familiarum potestati subacta fuit,  
donec tandem Saeculo XV. ad veros Dominos suos Roma-  
nos Pontifices rediit.

Huius Civitatis Territorium omnium Papa prope ter-  
ritiorum fertilissimum est et abundantissimum,  
horumque habet speciale quod in magna ariditate prois  
oleorum et fungorum fiat, à contra, cum pluit, pulvere  
respersum sit. Ibidem prata ter annuatim abscindun-  
tur, in quibus deinde usque ad veris initium pecora pa-  
bulantur. Boves hic sunt excellentes, columbae sil-  
vestres et domesticae, turtur, testures sunt optimi.  
carni vitulina et vitinum habetur in abundantia.  
Solum magnos fructus profert, mala pessica sunt 20.  
unciarum, mala Romanica, pira, quae at universum  
fructus maximi sunt et optimi Saporis. Meloprapones  
iam habent crassitudinem, quae alias non nisi in Ama-  
ricia inveniuntur. Raparum pondus communiter est  
6. usque 7. librarum, occurrunt etiam, quarum  
pondus est 30. usque 40. librarum. Brassica vulga-  
ris mira est magnitudinis, delicatissima et optimi  
Saporis. Quid speciale est, quod haec pinguis et  
humida regio tam exquisita vina proferat, inter quae  
avisia et apiana numerantur. Adsumt etiam per-  
multa olea, et olei commercium in hac Urbe est  
frequentissimum, ac intra sex anni menses quo-  
tidie illius 100. onera, quodlibet 600. librarum, con-  
ficiantur.

Duos vel tribus ab hac Urbe miliaribus occurrit  
cataracta Velini fluminis, ab incolis Italiae Casca-  
ta Sella Marmore dicta, qui ab altissima rupe  
in planitiem praecipitatur, atque Nari [Nera:]  
iungitur. vid. sup. ubi de Spoletis.

14. Reate [Rieti:] Urbs Episcopalis ad Velinum  
flumen et in confinis Aprutii sita 33. miliaribus  
ad Urbonotum à Spoletis. Jam à Saeculo V. Epis-  
copalis est, illiusque Episcopus Summa Sedi im-  
mediate subiicitur, habetque amplam Diocesim,  
in qua 150. Urbes, quarum quaedam in Regno Neap-

litans sitae sunt, numerantur. Ecclesia Cathedra-  
lis, qua in honorem B.V. Mariae condita fuit, a Bonifacio  
Papa II. qui ab an. 1099. usque ad an. 1118. rebus Ecclesiae  
prospexit, cum ruinam minitaretur, restaurata est,  
quamplures Sancti in ea jacent sepulti, ac multae  
reliquiae operantur. In hac Urbe sunt 10. Vir-  
rum et 4. Virginum Monasteria, Seminarium,  
Notoconium, Mons pietatis, et variae Laicorum  
Confraternitates. Reate nomen tribuit Lani  
qui Calus Reatina seu S. Susanna |: Lago di Reati |  
nuncupatur, et paulo versus Occidentem non procul  
ab ipsa situs est.

125. Nursia seu Norcia |: Norcia: | Urbs enigma  
intra montes posita 24. miliaribus ad Euronotum  
à Spoleto. Antiqua est, ut quae olim Sci-  
pioni Africanus in bello Africano veniges miserit.  
Quamvis Papa subiecta sit, quamdam ta-  
men Republicae speciem retinet. Proprium  
Magistratum eligit, quem quatuor viri consti-  
tuunt, qui nec legere nec scribere nosse debent,  
unde quatuor Illiterati |: li quatuor Illiterati: | nun-  
cupantur. Ajunt Incolas partes has arrisuisse  
adeo insolitas, quod arbitrati sint studia variis  
callidis machinationibus praebere occasionem.

In hac Urbe aut saltem in ejus territorio na-  
tus perhibetur S. Benedictus Monachorum in Occi-  
dente Patriarcha circa an. 480. Inde etiam  
ipsa celebris est, quod Strommus Bellidua Romanus Sev-  
torius, qui in Hispania interit, in ea natus sit. An.  
1730. Inobis immediate se invicem subsequentibus terra-  
motibus penitus eversa fuit ita, ut ea ea nihil re-  
manserit praeter Praetorium, et Monasteria S. Anto-  
ni et Franciscanorum, ac ultra 500. homines peri-  
erunt. In ea plura utriusque Sexus Monasteria oc-  
curunt. Paucissima quam ipsius Territorium 12000.  
animarum numerat, aut saltem ante illum terri-  
bilem terrae motum numerabat.

126.

§. VII.

## De Agro Benusino.

Agro Benusinus |: Il Benusino: | confinis est ad Sep-  
tentrionem Ducatus Urbino, ad Orientem Umbria,  
ad Austum Agro Urbeventano, et ad Occidentem Flato-  
ria. Ejus ambitus ab Oriente ad Occidentem est 30. à  
Septentrione vero ad Meridiam 28. miliarium. Tibe-

is, qui eum à septentrione ad austrum dividit, unicus nota aliusque fluvius est, qui eum occurrunt. Notari meretur hic

io Perusa, Perusia, et Perusium | Perugia | Urbs Caput Agri, cui nomen tribuit, unicum arce munita, Sedes Episcopi Summa Sedi immediate subiecti, et celebris Universitatis, Tiberim versus orientem inter, et Germanam ad occidentem fluvios in excelso colle, quem Tiberis alluit, sita 8. vel 9. miliaris ad cursum ab Arisio, sub gr. Long. 30. m. i. lat. 43. m. 6. Ad id antiqua est, ut illam iam Noë aetate aetate quidam velint, atque à belasqis post captam Cortenam Agri Florentini urbem adificiis ac munitionibus auctam fuisse. Illius meminerit Stolomaeus, qui lib. 3. c. 1. Fusulas inter et Arretium campum, et Titus Livius lib. 10. c. 37. qui illam in hinc duodecim praecipuarum Etrusciae urbium collocat, additque Fabium in Etruria, qua rebellaverat, 4500. Perusinarum interuenisse et 1740. captivos abduxisse. Europyus illam Perusium vocat, ac videtur ea esse, quam Stephanus Geographus Perusion nuncupat.

Romani longo tempore eidem Dominati sunt, et Pompeianorum potentia debilitata et diuisa post intestinis bellis debilitata et diuisa fuit; nam ubi Triumviratu abrogato Caesar solus rerum potitus est, id magna invidia fomes fuit, et specialiter Consullem Lucium Antonium eo adduxit, ut Perusiam se reciperet, ac inde Casari molestiam faceret; verum ipse ad eam movens exercitum post diutinam circumclusionem fame cives ad seditionem cogente tandem illam obtinuit; unde Perusina James in Adagium transiit. Victor equidem Urbi peperit, verum miles quidam nomine Castius in propriis diversonis suo ignem subiecit, qui vento agitata brevi ad id exaravit, ut eo tota Civitas in cineres redacta fuerit, nihilque praeter Vulcani Templum ~~re~~ ea remanserit; ac Caesaris liberalitate Jennis restaurata fuit ac splendidior, quam prius fuerat, facta, et propter benefactorem suum ac novum fundatorem Perugia Augusta dicta est. Postmodum Totilas Gothorum Rex illam post septem annorum obsidionem devastavit; Jennis autem illam relinquere coac-

tus fuit, postquam nempe Narsetes Justiniani Impera-  
 toris, Bellidne illam prope Callium in fugam egisset. De  
 inde Longobardi eam occupaverunt, hos exturbavit Caro-  
 lus Magnus, tuncque ipsius filius Ludovicus Primus Saeculo  
 IX. cum unam aliam Hetruriae Urbibus Romanam Sedi re-  
 liquit; ab illo tempore eidem Sedi semper parit, saepe  
 tamen occupata ab hostibus fuit, et variis temporibus  
 multum afflictata est, praesertim durante Gualforum et  
 Ghibellinorum bello. Magna est et concinne adifi-  
 ficata, ne non inolis frequentissima adeo, ut 20000.  
 animarum in ea numerentur. Ei immixtae Castrum  
 munitum à Paulo Papa III. excitatum, ut Incolas,  
 qui Republica libertatem affectabant, in officio  
 contineret. Plateae ejus lateribus sunt parvulae.  
 In ea sunt parvulae, nobiles familiae; Ecclesiasti-  
 corum et aliorum publicorum aedificiorum 25. Pa-  
 rochia. 22. Virorum et 19. Virginum Conventus,  
 20. Laicorum Confraternitates, 5. Nosocomia,  
 et 2. Montes pietatis in illa et ejus Suburbis nu-  
 merantur. Adest etiam celeberrima Universitas  
 an. 1290. fundata. Illius Episcopatus inter  
 antiquissimos reueretur, atque tunc jam, cum S. Pe-  
 trus Apostolus Britium in Italiam ad praedicandum  
 ibidem Evangelium misisset, initium sumpsit. Dia-  
 cesis, in qua 40000. prope hominum numerantur  
 multas urbes et Pagos scilicet 170. circiter complec-  
 titur.

2<sup>o</sup>. Bassinianum | Bassigniano, Bassignano, seu  
 Bossignano: | Urbs angusta ad septentrionalem ri-  
 pam Lacus Perusini, cui etiam hujus Urbis nomen  
 tribuitur ne non pisculantur est, posita. In ea  
 S. Joannes Gualbertus colitur, ubi an. 1073. in  
 Monasterio, quod ipse condiderat, vitam finivit. Est  
 fundator Congregationis Vallis Umbrosae, cujus insti-  
 tutio à Papa Victore II. in Concilio Florentino, et  
 ab Urbano II. an. 1090. confirmata fuit. De ea  
 jam alibi disserimus.

3<sup>o</sup>. Castellio ad Lacum | Castiglione del Lago: |  
 Urbs exigua ad occidentale latus Perusini Lacus  
 in confinis Hetruriae Hetruriae sita, 6. miliaribus  
 ad Austrum à Cortona.

## §. VIII.

127.

## De Sabinia.

Sabinia | Sabina: | provincia veteris Sabinia portio confinis est ad Septentrionem Umbria seu Ducatus Spoletano, ad Orientem Apuliae Ulteriori, ad Meridiam Latium seu Campania Romana, à qua Teverone olim Aniene, Antone et Anio flumine separatur, et ad occidentem Patrimonio S. Petri. Omnium Status Pontificii provinciarum minima est, ejusque longitudo est circiter 27. miliarium, et latitudo totidem. Multi fluvii eam irrigant atque fertilam efficiunt, suntque Campanus | Campano: | Himella | Hija: | Fabaris | Fasfa: | Aversus | Curesis | Allia | Caminato seu Rio Mosco: | et Galentinus | Galentino: |

Sabina vini et olei ferax est, illius uva passim celebrantur. Incola quidpiam veterum Sabinorum genii servasse videntur. Admodum animosi sunt, sed voluptatum affectu vitam quietam militiae praeferrunt. Episcopum habet testium inter sea assistentes testium et Sacerdotem Cardinalem. Illius Diocesis admodum ampla est, ac 50. Urbes complectitur, in quibus ultra 30000. hominum numerantur. Oecumit

1<sup>o</sup> Manliana seu Manlianum | Magliano: | Urbs loco jucundo in apice montis prope Tiberim sita 20. miliaribus ad Septentrionem à Roma. Exigua est sed populosa, necnon Sedes Episcopi Sabinae, qui inter sea primos Cardinales testium est.

2<sup>o</sup> Narnia, Narnia, seu Nagnia | Narni: | Urbs parva ad Narem | Nera: | fluvium partim in apice partim in declivitate montis caelestis et praerupti necnon difficilis accessum sita, 24. miliaribus ad Africum à Spoleto. Sub gr. long. 30. m. 15. lat. 42. m. 32. Est Sedes Episcopi Papae Suffraganei. Incola illam Romam antiquiorem praedicant, at communis opinio est illam annis aliquot juniorem esse. Antiquitatis Nequinum vocata fuit, quod nomen quidam à Nequitia derivant; alii volunt nomen hoc ei inditum fuisse vel propter vicam, qua ad illam ducit, difficultatem, vel propter illius in horrido et praerupto monte situm; alii vero non ita benigni volunt Urbem hanc nomen istud ob Incolarum nequitiam et barbaros mores meruisse; opinionem suam fundant in quadam relatione historica, qua dicit, quod, cum



urbis hae obsideretur, ac Cives fame premerentur adeo, ut Deditiorem facere aut fame perire cogerentur, matres Sorores, et uxores suas interemerint, quos pauca, quae supererant, victualia diutius servarent, quibus tandem omnino consumptis mutuo se se confecerint aligentes potius mori quam urbis occupationi et libertatis sua jactura supervivere. Atque ex hoc barbaro facinore Nequinum nomen ortum duxisse conjiciunt. Verum horum desperatorum virorum aliquos adhuc residuos fuisse, atque Urbis hae novae incolae dedisse oportet; legimus enim in historia Romana Nequinos et Sannites a Romanis Duce Consule M. Fulvio Petunio an. U.C. 454. Devictos fuisse. Ab eo tempore Urbis hae Narnia a Nare fluvio, qui montis, supra quem sita est, pedem abluit, dicta est. Hae nominis mutatio facta est, cum Romani in illam deduxerunt Coloniam, cui haud conveniens fuit tam invisum nomen, quale Nequinum erat, gestare.

Narnia caesariis reliquiae magnifici pontis ex quadratis marmoreis lapidibus ~~constructa~~, ab Augusto, ut fertur, post cladem Sicanorum ex eorum praeda constructa. Quatuor arcibus constabat, quorum medius 200. pedes ~~altus~~ latus et 190. altus erat. Non procul ab eo novus constructus est ex lapidibus quadratis et lateribus 7. arcibus constans.

Quamvis hujus Urbis Situs satis incommodus sit, ipsa tamen plateas habet venustas domosque coenivas, nemon speciosa templa. In ea numerantur 7. Ecclesia Parochiales, totidem virorum et 5. Monialium Coenobia, 2. Laicorum Confraternitates, Xenodochium, Mons pietatis, et Seminarium.

Narnia Hannibali Italiam vastanti restitit. Saeculo XVI. cum Imperatoris Caroli V. exercitus Papam Clementem VII. in Castro S. Angeli Romae obsideret, Veneti Imperatoris foederati illam occupaverunt, ac devastarunt plerisque domibus et publicis aedificiis in cineres redactis, jugulatisque etiamnum mulieribus et infantibus; at brevi post restaurata fuit. Opulenta est et populosa. Cives habet bene moratos, multaque nobiles familiae in ea sedem habent. Nae, quamlibet in monte posita penuriam aquae patitur, <sup>quae</sup> per aqueductum ad 15. usque miliaria protensum in illam adducitur, ac in tres publicos fontes crateribus marmoreis et Statuis aereis ornatos effun-

ditur. Prope urbem occurrit fons, qui Janis Fons nuncupatur, quod aqua ex eo nunquam scaturiat, mirum portendere vult annum sequentem fore sterilem.

Supremum montis, supra quem Urbs positae est, apicem occupat vetus Castrum quadratum turribus etiam quadratis praecinctum, quod modo negligitur. Quidam illud Romanorum opus esse volunt, verisimilius autem est à Longobardis eritatum fuisse.

frater Novam Imperatorem Narnia quamplures viros toga et saga celebres protulit. S. Juvencalis, qui saeculo Eccl. IV. floruit primus fuit illius Antistes. Ipsius Dioecesis 20000. hominum complectitur. Quidam Geographi Urbem hanc male S. matris Spolitanis adiungunt.

3<sup>o</sup> Trasfarium seu Trasfarum | Trasfarum | oppidum ad eundem nominis rivum 13. miliaris ad Septentrionem à Roma positum unam venusta Abbatia, quae nullius Dioecesis est.

4<sup>o</sup> Normentum seu Mantana | Lamentana | oppidum unam Arce ad Anienem | Teverone | fluvium 12. miliaris ad Septentrionem à Roma positum. Antiquitus celebris fuit Urbs, illiusque meminit Strabo lib. 5. p. 228. limitaque Sabinorum versus Occidentem à Tiberi et ab eâ ad Vestinos usque ducit. Titus Livius lib. 1. c. 38. inter veteres Latinorum Urbes illam collocat, quas Tarquinius Senior in Romanorum potestatem redegit. Stephanus Geographus illam vocat Νεπέντος. Episcopalis Civitas fuisse dicitur, in eaque S. Primum et Felicianus martyrium subierunt, quorum corpora 390. circiter post annis Romam delata fuerunt.

5<sup>o</sup> Poggius mistetum | Poggius mistetum | Bagus seu Oppidum ad Digentiam | Rivus del Sole | positum. creditur esse Mandela, cuius meminit Horatius Epist. 18. lib. 1. v. 104. et prope quam villam habuit:

Me quoties reficit gelidus Digentia rivus  
quem Mandela bibit, rugosus frigore pagus.

6<sup>o</sup> Episcopium | Veneris di Sabina | Urbs exigua vel potius oppidum distant ad Himelam | Rivus | fluvium 4. miliaris ad austrum à Narnia positum.

Quidam volunt Forum Novum liberam Romanam Ur-  
bem, sedamque Sabinae Episcopi fuisse, quod etiam ho-  
dies illius nominis occasionem praebet. Id probare vide-  
tur quaedam Inscriptio, quae in huius Oppidi Ecclesia legi-  
tur.

7<sup>o</sup> Mons Rotundus | Monte Rotondo: | Oppidum cum  
Arce in monte 2. miliaribus à Tiberi et 10. versus Sep-  
tentrionem à Roma non procul à Nomento. Anti-  
quitas Eratum vocabatur. Titulo Ducatus gaudet  
et pertinet ad familiam Ursinorum.

## §. IX.

128.

## De Agro Urbeventano.

Ager Urbeventanus | Il Orvietano: | provincia esi-  
qua, quam aliqui Patrimonium Petri adiungunt velut  
partem ipsius Septentrionalem. Limites eius sunt  
ad Septentrionem et Orientem Umbria, ad Aus-  
trum Patrimonium S. Petri, et ad Occidentem Ager  
Senensis. Huius notatur

1<sup>o</sup> Urbeventum, Urbs Vetus, Herbanum, item Oro-  
pitem et Orbitum | Orvieto: | Civitas Sedes Episcopi  
Summae Sedi immediate subiecti, supra ripam  
undique praesumptam prope confluentem Balis | Baglia: |  
et Clanis seu Glanii | Chiana: | fluviorum, qui post-  
modum Tiberi immerguntur, posita, 9. miliaribus  
ad Orientem à Volsinis et 18. ad Septentrionem à Viter-  
bis, nempe 60. ad Castrum à Roma, sub gr. Long. 29.  
m. 45. Lat. 42. m. 42. Culchra est, ac in ea videri  
merentur Praetorium et magnificentissimum palatium à  
Papa Urbano V. anno 1364. excitatum. Cum  
autem in Sublimi posita sit, ut in ea nullus fons esse  
possit, Papa Clemens VII. ibidem puteum fodifera-  
vit, cuius profunditas est 250. cubitorum, ad cuius  
introitum haec legitur Inscriptio: Quod natura  
memimento inviderat, industria adiecit. In ibidem  
per 550. graduum Scalam, in quam 70. fenestrae lu-  
cem immittunt, descenditur, Muli per unam descen-  
dunt et per alteram ascendunt ne scilicet, ubi sibi  
invicem occurrunt, mutuo se impediunt.

Urbs haec mœnibus caret, quorum loco sunt ipsi ru-  
pes inaccessae, quibus undique cingitur, et à quibus  
nemo sine honore oculos ac intuentum demittere va-  
let. Optimus in ea spirat aër, praeterquam per  
illud Autumnii tempus, quo aqua Balis ad torren-

7 seu potius in ou-  
pa excidi

Jam canabem adhibetur, tunc enim insolubet et intolerabilis foetor riget. Antahac Urbs haec tutum receptaculum summorum Pontificum fuit, ac hodie dum adhuc in ea permulti sunt primae notae Juuetae, quorum numerus universum plusquam octo millium est. Urberenti quaedam Antidoti à celebri quodam Chymico adinventi species conficitur, quod ab illius nomine Urberentanum | Orrietans | dicitur, ac venenum aseptum seu haustum è corpore capedit.

Præter Ecclesiam Cathedralam, quæ magnificæ est, Urberenti S. virorum et S. Monialium Conventoria numerantur. Diocesis ultra 20000. animarum continet, in eaque occurrunt variae Urbes et Castella.

2<sup>o</sup>. Anula, Aquila, et Aqua Tarinea seu Tauri | Aquapendente | Urbs ~~origina~~ satis magna ad Baliam | Baglia | fluvium in confinis Agri Senensis sita 12. miliaribus versis Occidentem ab Urberentano. paucos incolas numerat. Est Sedes Episcopi, quam Papa Innocentius X. an. 1649. vel 1650. è Castro huc transtulit.

3<sup>o</sup>. Balneovagium seu Balneum Regis | Bagnaarea seu Bagnaraia | Urbs Sedes Episcopi Romanæ Sedi immediate Subjecti, supra eadem propè Clarum | Chiaro | rivum posita 6. miliaribus versis Austrum ab Urberento, et 15. ad Septentrionem à Viterbis. Creditur esse vetus Novempagi Plinii. Est locus natalis S. Bonaventuræ Monachi Ordinis S. Francisci, cujus Minister generalis fuit, ac tantam morum suorum integritate sibi apud omnes conciliavit existimationem, ut cum post mortem Clementis Papæ IV. Cardinales in Conclavi congregati circa novi Pontificis electionem hanc condurari valerent, idque negotium ad duos annos menses novem, et duos dies protraxissent, tandem hujus S. Viri hortatu seu Cardinalibus potestatem dederunt, novum Papam compromisso modo eligendi; tumque ab ipsis electus est 1. Septembris an. 1271. Theobaldus è Vice Comitum familia, qui Gregorius X. dicitur voluit. Hic Bonaventuram mortuum Cardinalem creavit, ac secum ad Concilium

generale Lugdunense II. Inquit, quod an .1274. celebratum est, et in quo Sanctus vir ita ante Sessionem IV. è vivis excessit; cuius elogium in Actis Concilii legitur. Illius funus Concilii Patres unacum Papa comitati sunt, ac laudibus suis honorarunt. Sixtus Papa IV. illum Sanctorum Catalogo adscripsit et Sixtus V. Eulogia Doctoribus annoveravit.

129.

S. X.

De Campania Romana,  
Sive  
Latio Veterum.

Quamvis Campania Romana | Campagna di Roma | ipsum Veterum Latinum sit, id tamen non adeò strictè sumendum est, cum limites haud amplius idem sint: enim verò Latinum olim Tyberim inter Livium ~~et~~ modò Garilianum | Garigliano: | et Anienum | Teverone: | claudabatur, et à quinque populis in varias Colonias distributis incolabatur, scilicet à Latinis, Rutulis, Volturnis, Agris et Hernicis; modò autem Campania Romana longè anterioribus limitibus coarctata est, ac nomen istud illi provinciae tribuitur, quae inter Tyberim, Anienum, Terracinam et Garilianum jacet: limites igitur ejus sunt ad Occidentem Tyberis, ad Septentrionem Anienus, ad Orientem Terra Laboris, et ad Austrum Mare; unde maxima ipsius amplitudo à Septentrione ad Austrum scilicet à Licentia | Licenza: | ad Forum S. Felicitatis, est 40. milliarium, et ab Oriente ad Occidentem à Fabratena | Fabraterra: | nempe Romam usque, 55.

Etsi provincia haec vicina sit Terra Laboris, totius Italiae fertilissima regio, ipsius solum tamen nihil profert, sed incultum pene relinquitur, id non ipsius sterilitati, sed incolarum desidiosa, quod illud haud colant, tribuendum videtur. Aër illius non adeò saluber est, id adscribitur Comptina paludi, soli humiditati, et negligentia incolarum in colendis agris, qui vera Deserta sunt. forte etiam ad id conferunt immensa pene diruta aedificia, in quibus malignus aër detinetur: attamen

aquae ejus, praecipue Tyberis, salubres sunt. Fluvii qui-  
 bus perfluitur, sunt Tyberis, Numicus (Nemi, Nuni-  
 co) Astura, et alii, qui Baludem Bonypinam irri-  
 gant. aliquot etiam adunt lacus, scilicet Lacus  
 S. Praxedis; Castri Gandulphi, apud Veteres geogra-  
 phos Albanus Lacus; Nemoransis Lacus, seu Aricinus  
 Lacus, quem veteres Speulum Diana vocaverunt,  
 quod ad illius ripam saltus fuerit huic Deae conserva-  
 tus, et Lacus Disemmanus. Capa immediatum  
 hujus provincia regimen sibi servat, et Vicarium.  
 Duntaxat constituit, qui Tuscini residet. Nota-  
 tur hic

jo Roma Civitas antiqua, ampla, pulcherrima,  
 necnon totius penè mundi celeberrima, Latini,  
 universaque Italia, imò totius Orbis Catholici  
 Caput, ad Tiberim, qui illius partem perfluit,  
 sita 940. miliaris Italiae, ad Adriam à Vienna  
 810. ad Euronotum à Lutetia Parisiorum, et 900.  
 ad Euro-Aquilone-mesem à Madrito, sub gr. long.  
 30. M. 20. lat. 41. M. 54.

Circa illius nomen et ortum multa veteres fa-  
 bulati sunt. à Romulo conditam et appellatam  
 vulgò obtinuit; non tamen desunt Scriptores,  
~~quorum quidam~~ quidam quidam quidam quidam quidam  
~~montem~~ montem montem montem montem montem  
~~fecerat~~ fecerat fecerat fecerat fecerat fecerat  
~~trojanis~~ trojanis trojanis trojanis trojanis trojanis  
 qui illam à voce graeca ῥώμη Robur à  
 juvenum robore vocatam dicunt; alii Romam  
Itali filiam Balatinum montem, qui nunc  
 in urbe est, involuisse, à qua ipsa nomen accepit;  
 alii Romam mulierem, quae Urbi nomen fecerit,  
 narrant fuisse in Aeneae comitatu, cum Ilis seu  
 Trojâ evictâ novas sedes quaeriturus diu cum  
 classe errabundus tandem ad Tiberim appulisset;  
 ibi Romam illam cateraque Trojanas feminas  
 longi ac molesti itineris perlassas invito consilio  
 classem evulsisse, cujus consiliū, quia Roma princeps  
 fuit, idcirco promeruisse ipsam scribunt, ut Trojani  
 novam urbem, quae ipsis post amissam classem  
 necessaris struenda fuit, ipsis potissimum no-  
 mine appellarent. Alii consentiunt quidem

4. cal-  
 Sefion-  
 is Con-  
 Papa con-  
 tus Papa  
 Sixtus V.  
 di Roma  
 aucto-  
 ptius  
 in inter  
 so) et  
 que po-  
 tur, hi-  
 omnia;  
 tionibus  
 ali po-  
 aniam  
 itesq;  
 gntes  
 laboris,  
 am-  
 tahi-  
 tatis, et  
 tem à  
 usque, et  
 bovis to-  
 lum ta-  
 reliqua  
 in de-  
 ir. Ali-  
 tur fomp  
 centia  
 vta. hnt  
 à hnta  
 or, attan

Romam origine Trojanam Ascanii filiam et Aenea  
 neptem cum ceteris gentilibus suis classe in Itali-  
 am venisse; hincque expetitum à Rege Aboriginum  
 Latinos in matrimonium peperisse geminos Romu-  
lum ac Romum seu Remum, qui condita postea nova  
 Urbi maternum dederunt nomen. Alii id ipsum  
 aliter narrant; ajunt enim, quod, postquam Amulius  
 XIX. Latinorum Rex, qui Albae regis tenebat, Nu-  
 mitorem fratrem suum regno et Albae ~~regis~~ urbe, que  
 tum ~~regis~~ Latinorum Regum Sedes erat, antebasset,  
 Sylliam ipsius neptem Vestalem virginem fieri coi-  
 git, qua tamen foetu concepto Remum et  
 Romulum peperit, quos cum Amulius in Tiberim  
 demergi iussisset, quidam gregum pastor, cui Frau-  
tulus nomen, è flumine extractos eduxit. Hi  
 deinde grandiores facti Amulio patris suo magno  
 interfecto Avum suum Numitorem regno restitue-  
 runt, inque negotibus auctor fuerit, ut alibi sedem  
 figerent, hi eadem gerentes mox, obtenta ab ipso  
 regione illa, quam Tiberis alluit, et ad quam a  
 fluitibus delati fuerant, suntis seu Sosis, nec-  
 non junctis sibi Balanti et Saturnia Oppidorum  
 incolis, ibidem novam urbem moliti sunt, ortaque  
 inter ipsos discordia, cujus varias causas referunt  
 auctores, Remus à Romulo interfectus fuerit,  
 qui deinde solus imperavit, novamque urbem  
 nomine suo Romam nuncupavit.

Alii adhuc memorant multo ante Romuli tem-  
 pora eundem in locis extitisse Oppidum, quod Sici-  
 li primum, postea, illis expulsis, Aborigine Latinum  
 incoluerint; huc deinde sexta decima aeta-  
 te post captam Ilium seu Trojam ductam fuisse  
 frequentem Coloniam ab Alba Latinorum, ducta  
 atque auspiciis Romuli, qui fuerit septimus deci-  
 mus ex Aenea Strophe progenitus; ab hoc Balanti-  
um et Saturniam | ea enim loca novi coloni in-  
 sederant: | communi deinceps nomine Roman vo-  
 cari coepisse. Certè antiquissimis temporibus in  
 Capitolino monte, qui tunc Tarpeus dicebatur, ste-  
 titisse urbem Saturniam ab Herulis Argivi comiti-  
 bus habitatam, illiusque ad suam usque aetatem  
 monumenta quaedam reliqua mansisse auctor est

M. Terentius Varro Comptes M. Varro\* lib. 4. De lingua Latina. Valen-

tiam aliam in Balatino Urbem Romuli aetate priorem antiquioremque fuisse plerumque probiderunt; at non conveniunt, an à Româ Itali seu Arcanii filia constructa denominataque fuerit, an, quod plures scribunt, Siculi per ea tempora hanc Italiae oram longè obtinentes in Balatino Valentiam quoque habuerint, unde eos Evander Latinorum Rex seu Solus seu advena Aenea sociorumque viribus aditus egerit; Aeneam quidem et comites Graecæ loquentes abhorruisse peregrinam Valentiam nomen, et maluisse captam Urbem sui sermonis vocabulo *Ἰάνος* *Ἰάνος* *Ἰάνος* nomenclare. Alii Scriptores ferunt Evandrum ipsum, ex quo Urbem Siculis ademerit, vestisse latinum nomen in Graecum, et hinc Romulum cognominari coepisse; neque extitisse præter Evandrum alium mortaliem, cui Romulus nomen fuerit. At non desunt nostri viri eruditi, qui pura pura figmenta esse afferunt, quæcumque de Aenea Trojanorumque in Italiam appulsum, et de Romulo Urbis conditore litterarum monumentis prodita reperimur: imò antehac viri docti extiterunt, qui Trojam unquam captam fuisse audeant in Julium vocare. Certè Aeneas quidem jam olim et obscura Urbis Romæ origo nominisque causa fuit; Magnum, inquit Plutarchus, in Romulo, Romæ nomen, quod est apud omnes gentes gloriosum, à quo et qua de causa nobis accepit, non convenit inter Scriptores. Livius quoque, Romæ, ait, antea conditam Urbem poetis magis decora fabulis, quam in scriptis rerum gestarum monumentis traduntur, ea nec affirmare, nec refellere in animis est. Coepit ergo Roma à quocumque demum condita, ut Scriptorum plerumque numerant, Olympiadis septimæ primo circiter anno, post Trojæ exitum vero secundo supra quadringentesimum, post conditum terrarum orbem 3220. Cal. Maji; atque ex aggressibus primo et mille tantummodo casis, ut auctor est Plutarchus, concinnata nulloque cineta civitatis formam accepit; inde cum per opes invaluisset, polita ab opulentioribus civibus ades sunt, ornataque in tantum Urbis, ut necessitatis causâ non luxus

omnium Romanorum doctissimus, natus perhibetur A. R. 638. Orator, Historiographus et Philosophus fuit præstantissimus. Quibusdam afferunt, idem ultra 500. volumina scripsisse. Opus de lingua latina Ciceroni dedicavit. Scripsit etiam opus de Re Rustica. item tractatum de historia, et annales celeberrimorum virorum et familiarum Romanorum, et multos alios libros.

\* Plutarchus Chaonea Boeotia urbe oriundus, fuit Philosophus, Historiographus et Orator. floruit sub Imperatoribus Nervæ et Trajano. Inter alia scripsit vitas celeberrimorum Græcorum et Romanorum virorum.



fieri videretur. Posterioribus demum temporibus ab antiqua eâ et felici frugalitate recessum est ita, ut quae inter vilia tuguria aut modice profecto exultas domos semper floruit Republica, atque ab aratoris laepe suos Imperatores petiit, inter marmora demum purpuramque perierit.

Communis opinio est Romam primum sive à Romulo sive à quocumque alio supra montem Palatinum fuisse excitatam; qui deinde ibidem imperarunt, eam subinde ampliavit; Mons Caelius à Tullo, Janiculus, et Aventinus ab Ancone, Viminalis, Quirinalis et Esquilinus à Serris Tullis adjecti fuerunt, unde celebre Septisolis nomen, quod eadem ubi propter septem montes seu colles, quibus inscripta fuit, inditum est, provenit. Postmodum variis temporibus ampliata fuit, ac modo duodecim montes seu colles complectitur, suntque Capitulinus, Palatinus, Aventinus, Caelius, Esquilinus, Viminalis, Quirinalis: Monte Cavallo: Janiculus, Binusius, Vaticanus, Citatorius, Forum Janus.

In quatuordecim regiones, ut olim, hodieum adhuc dividitur, mutatis tamen plerumque veterum illius regionum nominibus.

Muro cingitur variis variarum figurarum propugnaculis munito. Per duodecim portas diu noctaque semper apertas in illam patet aditus. Aequa magna est ac Lutetia Parisiorum si à suorum moenium Septis mensuretur, eorum inter illa spatiorum terrenum haud habitatum continetur in quo occurrunt hosti, vineae, p. Ultra 15000. incolarum haud numerat.

Integris voluminibus nobis foret opus, si innumera paene, quae in ea offenduntur antiqui splendoris sui reliquiae et monumenta, ut Balnea, Obelisci, Amphitheatra, Ciri, Aqueductus, columnae, Mausolea, Arcus Triumphales p. prodigiosa pulcherrarum Statuarum quantitas. Item Eulaeae, Palatia, caeteraque quamplurima aedificia cum publica tum privata, perscribere vellemus. Id duntaxat memoramus, quod inter Eulaeas, palatia et magnifica aedificia illius

amincant Ecclesia Vaticana S. Petri omnium totius Or-  
bis Ecclesiarum amplissima et magnificentissima,  
Ecclesia S. Joannis Lateranensis, Ecclesia S. Mariae  
p. Palatium Vaticanum, in quo magnâ anni-  
parte Summi Pontifices demorari solent, Xenodochi-  
um S. Spiritus. Palatium in monte Quirinali, Ca-  
pitolum, Palatia S. Marci, Cancellaria, Magni He-  
toricae Ducei nunc Imperatoris, et Trajaneorum,  
Collagium Sapientiae inter complura alia praecipuum,  
in quo triginta numerantur Professores, qui artes  
liberales et sublimas scientias, Philosophiam, Theo-  
logiam, Jura Canonice et Civile, Mathematicam,  
linguas orientales, p. docent. In ea quoque  
omnium ordinum et utriusque sexus sunt Monas-  
teria. Universim 15000. animarum Roma nu-  
merantur.

Urbs haec variis fortunae casibus fuit obnoxia,  
postquam postquam postquam postquam postquam  
postquam postquam postquam postquam postquam  
postquam postquam postquam postquam postquam  
Humorum Rex Flaccus Dei cognominatus circa  
annum Christi sub Valentiniano III. Imperatore Italianam  
devastat, Romanique pergens majestate S. Leonis  
Papa ipsi obviam facti terribitus recedit; sicque  
Sanctus hic Pontifex Romanam liberat à furore om-  
nium mortalium terribilissimi. An. 455. Gense-  
rius Vandalorum Rex ab Eudoxia Valentiniani III.  
vidua, quam Maximus Tyrannus, quod uxorem ip-  
sius oppressisset, in Campo Martis occidit curavit,  
manti necem ulturâ ex Africa accitus Romanam  
venit, illamque quatuordecim continuis diebus  
diripuit, quam et incendisset, at praesens S. Leo-  
nis Papa et Eudoxia flexus ab incendio abstinent.

Anno 475. Romulus Augustulus Imperatorum,  
qui Roma sederunt, ultimus ab Odoacro Herulo-  
rum Rege expeditur, postquam menses 10. Rex  
S. imperasset: atque sic Romanorum Imperium  
finem accepit, necnon Occidens per 324. annos,  
usque ad Carolum M. scilicet, sine Imperatore fuit.  
Odoacer expulsus Augustulus an. 476. Romanam  
occupavit, et Rex Italiae dici voluit. Regnavit 16.  
annis et 6. mensibus. Theodoricus Ostro-Gotho-  
rum Rex accepta ab Imperatore Zenone Trausto fa-  
cultate Odoacro Italianam adimendi, illum tribus

proliis fractum propria manu trucidat circa an. 493.  
 Regnavit 33. annis et 6. mensibus. Anno 536.  
 Belisarius Romanus pro Imperatore Justiniano occu-  
 pat, quam Vitiges Ostro-Gothorum Rex postmodum frus-  
 tra obsedit. An. 546. Totilas, et an. 552. Tejas Ostro-  
 Gothorum Reges illam ceperunt et expulserunt.\*

\* Tejas ultimus Go-  
 thorum Rex in  
 Italia fuit, quem  
 Narses devicit  
 Sub Imperatore  
 Justiniano. Re-  
 gnum hoc 4. an-  
 norum spatio in  
 ejusdem Impera-  
 toris potestate  
 fuit, cujus Praefe-  
 turam in praesenti-  
 bus officiorum  
 enumerationem  
 obtinuit. at cum  
 adversus ipsum Ro-  
 mani apud Impera-  
 torum questu fuis-  
 sent, ab officio  
 amotus, et Constan-  
 tinopolim revoca-  
 tus est. Id ille  
 admodum aegre  
 ferens Longobar-  
 dos in Italiam  
 vocavit, qui sub  
 Alboino ipsorum  
 Rege venientes  
 in Italia novum  
 Regnum funda-  
 runt, quod us-  
 que ad tempora  
 Caroli M. dura-  
 vit.

Cinnlii. 730. Gregorius Papa II. Leonem Isaurum Orien-  
 talem Imperatorem Iconomachum in crudelitate erga  
 Catholicos Sacerdotum Imaginum cultores obstinatum  
 anathemate percussit, tum Roma et Exarcha-  
 tus, qui haec tenent Orientis Imperatoribus parve-  
 rant, invito foedere mutuo in Republicam sele-  
 ctae, cujus Papa Leonis Imperatoris loco Ca-  
 put et Princeps esset; hancque Regimini forma-  
 tum Sub Imperatore Constantino Copronymo continuata  
 est. Ubi vero Luitprandus Longobardorum Rex hac  
 contenta Republica quatuor Urbes in Ducatu Ro-  
 mano mansitas occupasset, Zacharias Secundus post  
 Gregorium II. Papa et Gregorii III. Successor Caro-  
 li Mastelli Regni Franciae Majoris Dominus auxi-  
 lium imploravit, cujus auctoritas tantum apud  
 Luitprandum potuit, ut incunctanter huius Rei-  
 publicae ablata restituerit. Verum aliquot post  
 ipsius mortem annis Aristulphus occupatis omnibus  
 huius novae Republicae locis ac Urbibus Romanam ob-  
 sedit. Stephanus Papa III. frustra petito adversus  
 ipsum Constantini Copronymi auxilio ad Bepinum  
 Franciae Regem Lutetiam Parisiorum confugit,  
 qui illum Summa humanitate et reverentia susce-  
 pit, et an. 754. in Italiam cum exercitu veniens  
 Capta Bepia seu Ticino Aristulphum occupata  
 restituit, quae et ipse Apo-  
 stolo Petro et Romanae Ecclesiae donavit, unde ab  
 eo tempore Summi Pontifices Suprema potestate  
 ubi Roma et Exarchatus Dominati sunt. Tandem  
 Desiderius Hetruriae Ducis auctoritate ejusdem Ste-  
 phani Papae Longobardorum Rex fit; verum pro be-  
 neficis ingratitude rependens Ecclesiae Pitiones  
 occupat; cum Carolus M. ut eas restituat in capsum  
 monet, hinc ipse an. 774. motus in Italiam exer-  
 citu Bepiam obsidet et capit, caeteraque Longo-  
 bardia loca subigit, captumque Desiderium in  
 Galliam unam conjugem suam abduci curat;

† Hadriano I. Pon-  
 tificis et Stephe-  
 ni Successore

Sicque Italia et Romana Ecclesia à Longobardorum Tyr-  
 rannida liberata fuit, quorum Regnum, postquam  
 Desiderius eadem per 18. annos profuisset, finem acce-  
 pit. Durante Ticini obsidione Carolus M. Ro-  
 manam se contulit, ibique Pipini patris sui Donatio-  
 nem Romana Ecclesia factam confirmavit non mo-  
 do sed et auxit adjectis eadem, proter Romanam et Exar-  
 chatum, variis, quae ad Longobardorum Regnum perti-  
 nebant, provinciis. Verum haec Donatio non omnem  
 suum sortita est effectum; enimvero Ecclesia Roma-  
 na in Ducatum Mantuanum, in Status Veneti  
 provincias, in Insulam Coricam, et alias Italia di-  
 tiones in Donatione expressas, jus perstendit. In  
 eadem Urbe consistens idem Carolus M. an. 800. à  
 Papa Leone III. Hadriani I. Successore, ob beneficia,  
 quae ipse, pater, et avus illius Sanctae Sedi praestite-  
 rant, in grati animi testimonium Occidentis Im-  
 perator coronatus est. Tandem, ut caetera,

quae Roma obtigerunt, fata omittamus, an. 1527.  
 Germani sub Duce Borbonico, qui ibidem murum  
 per Scalas ascendens glande trajectus est, illam  
 assaultu coeperunt, ac divè et crudeliter in ea  
 grassati sunt, Summumque Pontificem in Cas-  
 tro S. Angeli, quo se receperat, obsederunt.

Castrum hoc situm est prope Tyberim, et in  
 extremitate pontis, qui olim Bons Alius à no-  
 mine Alii Adriani Imperatoris illius conditoris di-  
 cebatur, modo autem Bons S. Angeli vocatur,  
 quod S. Gregorius Magnus, cum supra illum con-  
 siteret, in Mole Adriani Angelum vidit post  
 diram partem, quae totam Urbem devastarat,  
 gladium vaginæ reddentem. Castrum hoc olim  
Mola Adriani nuncupabatur, quod ibidem Abria-  
 nus Imperator sepultus fuerit. Ex magnis lapi-  
 dibus constat, rotundamque figuram exhibet, nec  
 non ad illud per tres Scalas, quae sensim ad apicem  
 usque angustiores fiunt, ascenditur. Belisa-  
 rius durante bello Gothico illud munivit, è quo Ro-  
 mani diu contra Gothos se tutati sunt. Ab eo  
 tempore Summi Pontifices Bonifacius VIII. Alexan-  
 der VI. et Urbanus VIII. illud munitionibus aene-  
 runt, quibus additus est triplex murus, et aliquot

adhuc propugnaculis, adeo, ut Summi Pontifices, si forte  
tumultum aliquam in Urbe oriri contingat, tuto  
se in illud recipere possint. In hoc Castro custodiri  
solent ii, qui adversus Republicam deliquerunt. In  
eo etiam aservantur quinque illa millium millia,  
qua Papa Sixtus V. ibidem Deposuit unacum Bulla,  
quo iis nisi in extrema necessitate, uti sub excom-  
municatione vetat; item triplex corona, qua  
Regnum | Regno | vocatur. Duo ibidem extant ar-  
mamentaria omnis generis et speciei armis instrue-  
ta. In uno ex illius Carceribus Cardinalis Caraffa tan-  
quam perductionis reus strangulatus fuit, supra huius  
Papa IV. 4. Martii an. 1567.

Roma Statim primis Ecclesiae temporibus Reli-  
gio Christiana sumit initium, et S. Petrus post fun-  
datam Antiochia Ecclesiam eo profectus ibidem  
Ecclesiam fundavit, qua deinceps omnium totius  
Orbis Christiani Princeps et Mater esset; ubi etiam  
circa an. Chr. 66. cruci capita ad terram verso af-  
fixus pro Christi fide martyrium subiit.

Equidem nostri aevi Protestantibus Scioli quidam,  
quod, ut ajunt, hac de re S. Scriptura nihil me-  
morat, proterve negant S. Petrum vel Semel ho-  
mo fuisse, necnon velut meras fabulas rejiciunt  
ea, quae de Sancti hujus Apostoli Romam itinere,  
de illius cum Simone Mago ibidem Disceptatione,  
de illius in eadem Urbe Martyris à veteribus Scrip-  
toribus Ecclesiasticis memoria proditum est.

At vero apud omnes quotquot hactenus extiterunt  
SS. Patres, Ecclesiae Doctores, Sacra Scriptura In-  
terpretes, et Scriptores Ecclesiastici Semper in-  
dubitatum fuit S. Petrum Romam fuisse ibique Ecle-  
siam fundasse ac tandem martyrium subisse,  
in eaque primam suam Epistolam scripsisse, ubi  
cum v. 13. ait: Sabtat vos Ecclesia, quae est Baby-  
lone, sub hoc nomine non Babylonem inten-  
dat Chaldaeam Urbem, quae tum temporis penitus  
jam devastata erat, sed Romam intellexisse. Ip-  
se quoque S. Joannes Apostolus in sua Apocalypsi  
c. 14. v. 8. 16. et c. 19. v. 17. sub eodem Babylonis no-  
mine Romam designat, eique illa tribuit pra-  
dicata, quae illi soli convenire possunt, ut sunt  
Supremum in omnes gentes Dominium illius, cre-

Delitatem in Sanctos, Septem coeas, quibus in aedificata  
 est, p. Et sane si certum haud est, S. Petrum Ro-  
 ma fuisse, tunc etiam nihil certi ex universa his-  
 toria Ecclesiastica habere valebimus. Prois, qui  
 illud affirmant, stat tota retro antiquitas, quin  
 velis unquam eidem obnuntiare ausus sit. Deni-  
 que adhuc Romae monumenta, Sepulchra, Eccle-  
 siae, Statuae, picturae, loca publica, quae de cus-  
 todia, et morte S. Petri dant testimonium. Per-  
 vense igitur, ne dicam, impudenter, quidam Pro-  
 testantes rem, quam gestam tot viri gravissimi  
 et monumenta testantur, in dubium vocant,  
 qui, si idoneas causas probabilesque redderent,  
 audiendi quidem essent, cum vero reddant nullas,  
 contemnendi sunt, ut qui communem hominum  
 sensum exuerint, iudiciorum humanorum po-  
 tissima instrumenta, hoc est, testimonia reji-  
 ciant, vitaeque Magistrum, prudentia subordi-  
 num, licentiam veritatis, Historiam negligant; qui-  
 bus etiam illud Terentii merito occurrat: Trus-  
 tra niti, et laborando nihil aliud quam odium  
 querere, extrema Dementiae est.

2.º Albanum [Albano:] ~~in~~ ad aju-  
 dem lacum nominis Lacum, qui et Lacus Aris Gan-  
dulphi dicitur, posita 12. miliaris ad Evonotum  
 à Roma sub gr. long. 30. m. 15. lat. 41. m. 43. Olim  
 Alba Longa dicta est; Dionysius Halicarnasen-  
 sis ibiis meminit, atque eam 487. annis ante Ro-  
 mam, adeoque anno mundi 2832. conditam fuisse  
 ab Anania Tinesis filio, qui illam Caput Regni sui  
 fecit. Postquam potentissima facta est, Regnum  
 Latinorum stabilis Sedes fuit. Tubus Hostilius  
 Latinorum Rex sumtis adversus eam ar-  
 testis Romanorum Rex sumtis adversus eam ar-  
 testis, illam subegit mediante victoria, quam tres  
 fratres Horatii Cives Romani, de tribus Curiatii  
 fratribus et Alba civibus reportarunt. Cum enim  
 Romani Albanis iudicio bello viderent eos po-  
 tentia et viribus <sup>sibi</sup> pares esse, in id unum ipsis conve-  
 nere, ut ex utraque parte tres Romanis fratres  
 seligerentur, qui litem finirent, tumque Curia-  
 tiis in devictis et interfectis Tubus Hostilius Albam  
 solo equavit translatis Romam omnibus illius divi-  
 tiis et civibus, qui deinceps unam Romanis unus

populus affecti sunt. Id evenit A. R. 85. An. M. 3315. Ante  
Chr. 689.

Hodiernum Albanum non prociſe e loco positum est,  
quo Alba Longa extitit, sed ~~in~~ <sup>in</sup> ~~Septentrione~~  
propa Arca Gandulphi versus Austrum, ubi antiqui-  
tus fuit Villa Pompeii; propa quam Domitianus Impera-  
tor Amphitheatrum excitavit, ejus rudera quaedam ad-  
huc superant.

Tridivius Barbarossa. Ram-  
darsavit; sed postmodum restaurata fuit, modoque  
incolis est frequentissima. In illa Innocentius Ba-  
pa I. natus perhibetur, et Martyrologium Romanum  
munitur ejusdem S. Senatoris Albani. Est

Sedes unius ex sex primis et senioribus Episcopis Car-  
dinalibus Summi Pontificis Suffraganeis et Assis-  
tentibus. In hujus Urbis extremitate extat monu-  
mentum speciem pyramidis inter quatuor minores

ponta referens, quod hodierni Albanenses in memo-  
riam trium Curiaſiorum, qui, ut supra memoravimus,  
in pugna cum tribus Horatii cecidere, erexerunt.

Laus, qui ab ipsa Albanus, item Laus Arcis Gandul-  
phi (Lago di Castel Gandolfo) nuncupatur, profundis-  
simus est, ejusque ambitus est octo miliarium. Illi-  
us meminere Strabo, Martialis, et Propertius. De  
eo Plutarchus tanquam quid speciale memorat, quod  
aqua ejus una nocte ab eo exarscat, ut etiam mon-  
tes contingat. Idem inter et Montem, qui et

Albanus dicitur, olim Albam Longam Stetisse  
ajunt. Mons iste sacer habebatur, eoquod a ful-  
mine lapsus tangeretur. In eo fuit Templum  
Jovis Latiaris, quod ex preda Urbis Suessae Rome-  
tiana Tolcorum Metropolis, excitatum fuit; et  
~~extensa~~ ibi Feria Latina celebrabantur, ac 37.

\* Nunc in Terrâ  
Lulcoris Regni  
Neapolitani pro-  
vincia

Latinorum regionis populi certo quodam anni tem-  
pore Jovi simul sacrificia offerbant. Romani  
exercitus Duxes, qui hostibus Republica Jovis  
Triumphum Roma, quod ipsorum victoria completa  
haud fuisset, obtinere non poterant, in hoc Monte tri-  
umphabant.

Solum Albanum optimum totius Latii vinum  
profert, et vix est Roma majoris nota vis nobilis  
qui hic vinetum non habeat, ubi aequam autumni  
temperatam transigit. In eodem hodiernum  
adhuc, quomodo hodiernum Romanorum citata factum

art, magna aliorum et ea parum copia colitur. Albanum unum suo Districtu Ducatus nomen gerit, antehac ad Tiviam Savellinum pertinebat; at nimirum quam a suis creditoribus prope illam Apostolica Camera vendidit; unde modo Papa illi dominatur.

3<sup>o</sup>. Arx Gaudulphi, seu Castellum Gaudulphi; Castellum Gaudulphi, Castellum Gaudulphi seu Castellum Gaudulphi; Oppidum cum Castro seu palatio Papali, prope Lacum, qui Albanus seu Arx Gaudulphi dicitur situm 12. milliariis ad Aquinum versus Velletras à Roma. Summi Pontifices saepius huc se conferunt, et plures dies ibidem in vere et autumno transigunt, ubi Clemens XI. agnitione prope sanitatem recuperavit an. 1710.

4<sup>o</sup>. Ostia, Ostiensis Colonia; Ostia; Urbs antiquissima et Episcopalis ad sinistram Tyberis ripam et illius Ostium posita 15. milliariis ad Austrom à Roma helograda long. 29. m. 58. lat. 41. m. 47. Illius memorare Dionysius Halicarnassensis lib. 3. c. 49. Livius lib. 1. c. 33. et lib. 33. c. 38. illiusque Conditorem faciunt Ancum Martium quartum Romanorum Regem Numa Pompilii Nepotem et Tulli Hostilii An. Urbis 115. An. Mundi 3345. ante Chr. 639. Olympiade 35. 2. Lucetorem, quam ex situ Ostiam vocavit, necnon civia eam Salinas evexit. Illam postea etiam postea aperta intravit, quam postmodum Imperator Claudius binisaggeribus ad dexteram et sinistram illius evectis clausit.

Labante Romano Imperio celebris Urbs haec etiam sapere coepit. Saraceni multoties illam occupaverunt, ac tandem omnino perinde devenerunt, necnon in lapideam arenam converterunt. An. 830. Gregorius Papa IV. eo loco, ubi steterat, novam urbem sed angustam excitavit, muroque et turribus munivit, necnon, cum Romani decissent, Coris Belliosae genti, tradidit incolendam. His tamen insalubris ibidem spirans aer pessime cepit, plerisque evocavit, ceteris suo discessu salutis sua consulentibus, ita, ut vel huius infelicis Urbis nomen penitus venisset in oblivionem, nisi Episcopus primus Romanae Sedis Suffraganeus et Cardinalis ab illius nomine titulum suum retinisset. Episcopus iste, qui Savi Car-



Dinalium Collegii semper est Decanus, jus habet Papam consecrandi, et ipso absente Imperatorem unguendi et coronandi: Pallio, quemadmodum Archiepiscopi et Patriarchae, utitur, ac jus suum et praecminentiam servavit, quamvis Sedis suae ruina et exitium eandem transferre et Velitrensi jungere summos coegerit Pontifices. Haec translatio facta est ab Eugenio Papa III. anno 1190.

Euleia Cathedralis sub invocatione S. Annae fuit; modo adhuc existit, eique praesertim sacerdos, qui tamen formae nunquam ibi demoratur, sed singulis dumtaxat diebus Dominicis et Festis illuc venit, ut Missam legat, et pastoribus, Bubulis, piscatoribus et Salinatoribus, necnon quibusdam aliis parvis Sacramenta administret: hi ibidem congregantur, tot spectra veniens à tumulis egressa dixeris, ita flavi, pallidi sunt et maileuti.

Modo adhuc ruina veteris Ostiae à Romanis condita et ornata à ruinis novae Ostiae à Papa Gregorio IV. excitata distinguuntur. Neutra amplius existit nuncque Ostia non nisi Templo, circum quod aliquot missae et devastata aedes sunt, constat. Isti in ejusdem medium occupat, qui versus occidentem antiquus Tiberis ramus, et versus orientem Lacum seu paludem, quam Latini Lacum Ostiensem Incolae vero Stagnum (Stagno) vocant, coarctatur.

Corpus S. Lae Matronae Romanae, quae Roma circa an. 383. obiit, Ostiam delatum fuit, ubi verisimiliter familiae suae sepultura existebat. S. Monica Mater S. Augustini Ostia vitam posuit. postmodum ipsius corpus Aridagamantiam seu Arva-  
lianam (Arvaaise) Canonicorum Regularium Ord. S. Augustini in Asteria (Astois) monasterium delatum fuisse. Monasterium istud in Sylva ejusdem nominis fundatum fuit an. 1097. Situm est non procul à Bapalmà seu Balua (Bapanne).

5<sup>o</sup> Velitrae (Veletri, Valletri, Veltri, Velitra, Velitres, seu Velitri) urbs antiqua Sedes Episcopi Ostiensis, in qua magnificentium habet palatium, loco eminenti posita 20. miliaris ad levonotum à Roma, totidem ad Aquilonem à Mari, 9. ad orientem ab Albano, et 12. ad Castrum à Signia. Fuit Metropolis Volturnum; ibique meminere Dionysius Halicarnasensis lib. 7. c. 11. et 12. Titus Livius lib. 8. c. 12. ubi illius Incolas Veliternum populum nuncupat, et Plinius

lib. 3, c. 5. qui et illius cives Valitermos nominat. Primis  
Romae temporibus admodum spectabilis fuit. Idem An-  
nus Martius quartus Romanorum Rex obicit et obli-  
vit; postmodum Coriolanus Volscorum exercitus Dux  
illam recuperavit; Romani tamen demum illam occupa-  
verunt, atque 500. ante Christi adventum in ea Coloni-  
am instituerunt, translatis trans Tyberim illius inco-  
lis.

Urbis haec astate S. Petri cura S. Epaphroditi illius  
discipuli illius ab ipso post fundatam Terracina Ecle-  
siam, missi <sup>"Evangelium suscepit."</sup> fuerunt anno Chr. 108. ibidem Mundi Per-  
vatori Eclesiam fuisse conditam. Idem Episco-  
pus ex primis Septem Romanae Sedis Suffraganeis fuit;

postquam autem Ostia à Barbaris excisa inolisque me-  
data fuit, Episcopatus Ostiensis Veliterni junctus fuit  
ab Eugenio Papa III. ut scilicet primus Romanae Ecle-  
siae Cardinalis Suffraganeus et Cardinalis Divicesanos ha-  
beret. Eclesia Cathedralis S. Clementi Papa et

Martyri Sava est, ampla est, et pulchra, Gothicum  
opus. Civitas haec moenibus satis validis cincta  
est, vias habet pulchras, pluresque domos magnifi-  
cas. Admittit etiam aliquot fora Silanis ornata. Sed  
populosa non est, id nimis utriusque Sexus Eclesiasti-  
corum aedificiorum numero tribuitur. Cives Urbani sunt,  
et aer optimus. Suetonius memorat Augusti Im-  
peratoris familiam in ea otium habuisse.

Anno 1736. <sup>"Hispani"</sup> bello adversus Imperatorem Carolum VI.  
Austriacum, quod Polonicum dictum est, impliciti Ur-  
bem hanc inelemeuter admodum habuerunt, quod ipso  
suntis armis repellere nisi fuerint. An. 1744. in  
Successionis Austriacae bello Princeps De Lobkowitz  
Caesari exercitus Dux prope eam Hispanos et Neapoli-  
tanos iii. Augusti fudit, Isclatis eorum fere septem  
Legionibus, captisque 1400. gregariis militibus,  
praeter Bolesmarkum et 160. Praepositos, 9000. ba-  
listis, 1000. equis, et 12. vexillis, praefundatis eti-  
am Septem illorum annonariis apothecis.

Solum habet ansem et iucundum, necnon Briver-  
num usque olei, fere ubique consistunt. Statim  
vetro illam occurit Sylva plerumque Suberibus cons-  
tans. Olim etiam vineta huic erant, quorum vi-  
num optimum Depreciat Plinius lib. 14. c. 6. hodie  
autem propter asperitatem suam priusquam bibi possit,  
excoqui debet. Ex indulgentia Summi Pontificis  
Episcopus Ostiensis huic Urbis tam in Civilibus

\* Coriolanus, alias  
Cajus Martius, ce-  
lebris Romanorum  
Bellidum, ob Corio-  
lanum Volscorum Ur-  
bem occupatam.  
Coriolani nomen  
meruit. Factis-  
ne Tribunorum  
plebis in ipsius ce-  
lestatorum, quo-  
rum Caput Sicinius  
fuit, Romam pulsum,  
ad Volscos se contu-  
lit, quorum exer-  
citus praefectus,  
plerisque Latin  
urbes sibi subiecit,  
et tandem ad Romam  
ipsam Castra movens,  
eidem ultimum mi-  
nitatus est exitium.  
verum Materis suae  
Veneris et Volun-  
tia <sup>"uxoris"</sup> ad ipsum  
venerant Deprecia-  
tura, lacrymis fle-  
xus pacem Romanis  
dedit, at ob id circa  
an. Urb. 266. M. 7496.  
ant. Chr. 484. à Vol-  
cis tanquam proditor  
Antii Capite dam-  
natus est.

t. Papam  
gendi et  
opit et be-  
iam tra-  
Pontifi-  
III. anno  
me S. Rome  
dos, qui  
alis du-  
ut Missa  
et Salva  
menta  
t. spectat  
ralle di  
nis condi-  
regio III.  
existet  
quod ali-  
tat. Ist  
viden-  
tam len-  
m Jude  
at.  
ca  
v. v. v.  
S. Moni-  
fatur  
ka Avo  
am Ost.  
erium  
lva opt  
a est no  
ne. I  
Veliterni  
regi Oti-  
Cosa vni  
oma, teti  
ab Allans  
lis vobis-  
causam  
2. ubi illi  
et Plinius

Seu politiciis, quam in Ecclesiasticis Dominatur, omnia-  
que Beneficia confert.

6<sup>o</sup> Laurentum, seu Laurentii Forum | San Lorenzo |  
Urbs ad litus Thireni Maris Tyberis ostium inter et Antia-  
num promontorium sita octo miliaris ad Euronotum ab  
Ostia. Est veterum Laurentum in Latio, cujus ali-  
quanto tempore Metropolis fuit et Latini Regis Sedes,  
seu Regia. Commodus Imperator pestis tempore huc  
se recepit. Nomen accepisse dicitur à Laurin, Syleris,

\* Herodianus Gram-  
maticus Alexan-  
drinus filius Apol-  
lonii, qui propter  
sua obscuram  
scribendi metho-  
dum Dyscolus co-  
gnominatus fuit.  
Herodianus floruit  
saeculo III. plenum  
que Roma vitam  
agit, ubi et octo  
libris accuratam  
scripsit historiam  
à morte Antonini  
Philosophi usque  
ad Balbinum et  
Maximum Rupie-  
num perductam.  
Scripsit graecè,  
itaque libros pri-  
mos in Latinum  
transtulit Angelus  
Politianus.

quibus regis hanc contecta erat, iuxta Herodianum lib. 1.  
c. 12. Illius etiam meminit Comptonius Mala l. 2. c. 4.  
ubi eam Ardeam inter et Ostiam collocat. Virgilius  
Aeneid. lib. 7. v. 171. ubi Regis palatium describens ait:

Tectum Augustum, ingens, centum sublime columnis  
Urbe fuit Summa, Laurentis regia hui.

Plinius quoque Ep. 17. lib. 2. qui prope eam venustam  
habuit villam, de illa loquitur. Incola vocati fue-  
re Laurentes, et litus Laurentium litus, prout  
liquet ex Virgilio Aeneide, et apud Martialem lib. 10  
Epigr. 37.

7<sup>o</sup> Antium ~~Antium~~ | Anzio | Antiquitus urbs cele-  
bris et Volscorum spectatissima adveniens Thiroka-  
ni Maris promontorium sita decem iuxta miliaris  
à Laurento seu Laurenti Castro ad Euronotum. Illius  
meminere Dionysius Halicarnassensis lib. 6. c. 3. ubi  
illam Antiam vocat. Titus Livius lib. 2. c. 33. et 63, ubi  
de Antiatum clade disserens eos Volcos nuncupat, Stra-  
bon et ibid. in fine ait Romanos multoties in eam Colo-  
nias misisse, primò eam circa an. 285. ab Urbe con-  
dita, cum hinc eam subegerunt, secundo iterum  
aliam ibidem collocarunt, ut idem Livius lib. 8. c. 14.  
testatur. Tacitus Ann. lib. 14. c. 27. memorat Antium  
et Tarentum sub Imperio Neronis veteranis militibus  
assignata fuisse. Imperator Adrianus in Antii  
palatium habuit, et Antoninus Pius ibidem pretio-  
sum aquaeductum excitari curavit. Idem Tacitus  
Ann. lib. 15. c. 23. ait Neronem huc generatum fuisse.  
Antii celebre extitit Templum Fortunae Dedica-  
tum, cujus Horatius lib. 1. Od. 35. hoc versu memi-  
nit:

O Diva gratum quae regis Antium, p.  
Latini hujus Urbis Incolas Antiates, et ei vicinorum  
pelagum Mare Antias seu Antianum vocavere.

fuit Sedes Episcopalis, et gaudentius illius Episcopus sub-  
 scripsit Concilio Romano quod sub Hilario seu Hilario  
 qui ab an. 461. usque ad an. 467. Ecclesiam regit, cali-  
 tum fuit. Iterum alii Concilia Romani subscripsit  
 Severus, quod sub Papa Felice II. alios III. qui ab anno  
 483. usque 492. Pontifex fuit, et illi quod sub Sym-  
 macho, qui ab an. 498. usque 514. Pontifex tenuit, ce-  
 lebratum est. Saeculo VIII. à Saracenis peni-  
tus excisa fuit, et ex ea nihil reliquum est nisi  
vetus Castellum, prope promontorium, quod Antium  
dicitur, situm.

80 Ardea urbs seu miliaris à Mari et ib. ad Euro-  
 notum à Roma distans. Antiquissima est, illiusque  
 meminere Virgilius Aeneid. lib. 7. v. 411. Ovidius Me-  
tam. lib. 14. v. 774. et seq. Servius Aeneid. lib. 7. v. 411. En-  
topius lib. 1. c. 7. Titus Livius lib. 9. c. 11. Stephanus Geo-  
 graphus, qui ait vetus nomen suum fuisse Trojiam, Dio-  
 nysius Halicaenensis lib. 3. c. 11. Stephanus Geo-  
 graphus putat illius fundatorem fuisse Ardeam  
Ulyssis et Cices filium. Initio Rutilorum fuit,  
 et Ardeam post Davistum ab Ardea Ternum, qui in ea  
 regionem habuit, Latinorum facta est. Titus Li-  
 vius lib. 9. c. 11. ait eam fuisse Coloniam Romanam,  
 illiusque habitatores Ardeates vocat. Non procul  
 ab ipsa occurrunt aquae odoris Sulphurei; haec sunt  
 aquae Ardeatinae veterum, et Vitruvius lib. 8. c. 3.  
 illas fontes Sulphuratos nominat.

90 Lavinium seu Lavinia, et Lavigna, Stephanus  
 Geographus scribit Ναβίνιον et Αρπιδιον Ναβουίνιον.  
 Urbs fuit Latii iam miliaris ad Euronotum, iuxta Ar-  
pianum à Roma et 3. à Mari, iuxta Scerium distita.  
 Non procul à Laurentis fuisse debuit, nam Tibullus  
Poeta Romanus, qui sub Augusto floruit lib. 2. Eleg. 5.  
v. 51. ait:

Ante oculos Laurentis Castellum munisque Laviniae est.  
 Quidam has duas urbes confundunt. Tabella Centin-  
geri illas miles passibus à se se invicem distare ait.  
Ardeas Laurentium iam conditum reperit; erat Sedes  
 Regis, cuius filiam Laviniam duxit, sub cuius no-  
 mine, ut refert Titus Livius lib. 1. c. 1. et Varro De  
lingua Lat. lib. 4. c. 32. et De Re Rust. lib. 2. c. 14. urben  
 hanc pro suis Trojanis condidit. Illius incolae Livii et  
Olinii Lavinios vocant, Varro Lavinienses. Vanus  
 olim in ea Templum habuit; modò est exiguus pagus

\* Severus Honoratus  
 cognomento Mau-  
rus celebris Gram-  
maticus floruit  
saeculo 4. vel, ut  
alii volunt, circa  
an. 410. Scripsit  
Commentarium  
in Virgilium, et  
varia alia opera.

\* M. Vitruvius  
Pollis celebris  
Architectus, Ro-  
manus et Varonae  
Oriundus. floruit  
sub Augusto Im-  
peratore. Scripsit  
caelestis opus De  
Architectura de-  
cem libris distin-  
ctum, quod aiten  
Augusto dedicavit.

ad Duem Casarium pertinet Velitras inter et Ardeam  
18. miliaris à Roma et 10. à Tyrrheno Mari. Alii arbitran-  
tur Lavinium eo loco statiffe, ubi nunc Patrica est. Hoc  
stemus vero contendit Lavinium eo loco quaerendum esse  
ubi nunc est Mons, qui ab Italis Monte Di Levano dicitur,  
versus Mare 1500. passibus à Patrica Urbe exigua 3.  
circa miliaris versus Orientem ab Ostia, et 2. fere  
versus Occidentem ab Ardea, et totidem à Mari posi-  
ta.

10. Neptunium [Nettuno:] Urbs exigua ad ostium La-  
vinae fluvii, et ad septentrionem littus et versus Orientem  
promontorii Antiani sita 33. miliaris ad Luoro-  
tum à Roma, et 18. ad Aspicum à Velitris. Venusta  
est et bene perstrata, domos habet pulchras quam-  
vis haud altas, sed paucos numerat incolas, nocui-  
bus ingitur propugnaculorum formam referentibus  
sive fossa et via operata. videtur ipsa eo loco consis-  
tere ubi Navale Antiatium, et Urbs Ceno, quorum  
Dionysius Halicarnassensis lib. 9. p. 612. et Titus Livius  
lib. 2. c. 63. meminere. Urbs Neptunium saeculo VIII. et  
IX. Sarracenorum invasionibus obnoxia fuit, atque  
ab ipsis devastata et eversa, incolaeque in servitutem  
abducti, postmodum iidem Barbari illam restau-  
raverunt, ibique suorum Coloniam instituerunt, quos  
deinde Christiani potentiores facti vel expulerunt,  
vel trucidaverunt, servatis dumtaxat mulieribus et in-  
fantibus, unde traditio est huius Urbis incolae ab hinc  
Sarracenis mulieribus ortum ducere. In aetate Re-  
claria Collegiata, in qua 14. vel 15. Canonici numeran-  
tur. Aer hic spirat insalubris, unde plerumque Civis  
pallida sunt facie flavisque et compressos habent ocu-  
los, infantes vero difficile vitam protrahunt.

Quamvis solum hic pingue sit et ad plurimos fru-  
tus proferendos aptum, plerumque tamen negligi-  
tur. Incolae tantum illius colunt, quantum sibi  
necessarium fore arbitrantur. Commersium cum  
externis nullum ipsis est, vel quod illud ad illorum geni-  
um non sit, vel quod laborem haud diligant. So-  
lam amant venationem, omnesque venatores nas-  
centur, ipsorumque regio ad hanc occupationem  
opporune opportuna est, densis silvis et paludibus  
ingitur, in quibus sunt apri, Damae et Torades, Fla-  
nitioes et littora maris Leporibus et cuniculis abundant.  
ocurrunt etiam Gallinae Goficedulae seu Perdices rusticae,  
coturnices, aves marinae et aquaticae p.

11<sup>o</sup> Privernum | Piverno seu Piverno: | Urbs prope paludem Comptinam aliquot miliaribus à Mari et ad ripam Amaseni fluminis sita. Idem mentionem facit Virgilius Aeneid. lib. 9. v. 576. et lib. 11. v. 539. memorat esse antiquam:

Pulvis ob invidiam regno, rivisque superbas,  
Priverno antiqua, Metabus cum excederet Urbe.

Titus Livius lib. 9. c. 21. Incolas Privernotes vocat, et Plinius lib. 19. c. 8. vina, quae in hac plaga crecabant, Privernatia nuncupat. Frontinus illam Coloniam Romanis annumerat. Privernum vetus | Piverno Veetio: | communiter dicitur ad distinctionem Priverni, quod Privernum Novum | Piverno Nuovo: | vocatur, ac ab eisdem circiter miliaribus ab eo distat, nempe ad septentrionem Comptinae paludis, et prope fontes Amaseni seu Baudini, vel etiam Vfantis | Amaseno, Baudini Aufente: | Sicut et illud olim fuit Episcopalis, at illius Sedes ob indecentem paupertatem ab Honorio Papa III. qui ab an. 1216. usque ad an. 1227. Eusebia clavum tenuit, Terracinae translata est. Urbs haec distat à Terracina decem miliaribus versus Aquilonem.

12<sup>o</sup> Tranum S. Felicitatis | Santa Felicità: | Pagus prope montem seu promontorium Circaur | Monte Circeo: | positus 15. circiter miliaribus à Neptuno. Olim Urbs fuit Volturnorum Circii à Circe Solis filia, quod fabulantur, sic dicta. De ea agunt Homerus, Plinius, p. ajuntque illam mari circumdatam fuisse.

13<sup>o</sup> Astura olim Oppidum seu Urbs exigua, nunc non nisi Castrum prope Comptinam paludem ad litus ubi Astura rivus mari immergitur, 5. circiter miliaribus ad orientem à Neptuno. Inalubris aë illam incolas nudavit, adeo ut nunc non nisi Castrum ibidem existat. Hujus loci meminerunt Veteres, Virgilius, Plinius, Plutarchus, Festus, p. Cicero huc villam habuit, ut ipse memorat lib. 6. Ep. 19. lib. 13. Ep. 26. et lib. 12. Ep. 19. Quidam ajunt Cicero eundem Ciceronem huc à Mari Antonio militibus interceptum fuisse, at id veritate haud nititur, nam huc quidem se recepit, at inde concessa nave Gajetam se contulit, ubi caedes habuit, nec procul ab hac Urbe interventus est. Astura etiam in historia celebratur, quod ibi Conradinus Sueviae Dux Imperatoris Friederici II. Nepos, postquam à Carolo I. Rege Neapolis et Duce Andagavensis prope Fucinum Lacum | Lago

Di Celans: I devictus fuit, captus ~~factus~~, ac postmodum  
Neapoli capite truncatus fuit.

14<sup>o</sup> Terracina, Tarracina, Terracina, Terrachina,  
Urbs antiqua Sedes Episcopi Romana. Sedi immediate sub-  
jecti, in montis declivitate sita et in confinis Terra la-  
boris, ad ostium usentis seu Baudini | Postator: | flu-  
minis necnon ad litus maris, cum exiguo litore seu limo-  
so et nullius formae usus portus, et Castello sita 60. milia-  
riis ad Euronotum à Româ et 66. ad Caerum à Neapoli  
sub gr. long. 30. m. 50. lat. 41. m. 40. à Volturni combi-  
ta fuit, à quibus etiam sua lingua Anur seu Anaur  
vocata fuit; quam deinde Graeci et Latini Tarraci-  
nam dixerunt. Strabo scribit Ταρραχίνα, Stephe-  
nus Geographus Ταρραχίνα, Cicero Attic. lib. 7. ep. 8. Pom-  
ponius Mela lib. 2. c. 4. et Titus Livius lib. 36. c. 3. scri-  
bunt Tarracina; nomen istud, quod ipsi à Romanis  
impositum fuit, postmodum factum est Terracina,  
à voce graeca Τραχίνα, qua plagam montosam et  
inaequabilem significat. Vetus nomen Anaur seu  
Anur fuit, si Servio lib. 7. v. 799. fides cognomen fuit  
Iovis, qui ibidem Templum habuit à Spartanis exi-  
tatum, in quo sub forma Infantis seu Juvenis imber-  
bis Graeci ἄγρον colabatur. Templum hoc mo-  
do est Eulcoria Cathedralis.

Urbs haec exigua et pauper est, paucosque numerat  
Incolas. Illius Episcopatus vetus est, Epaphroditus  
namque unus à septuaginta duobus Christi discipu-  
lis in ea fuit Episcopus. Ajunt SS. Nerium et Achil-  
laeum S. Domitillae virginis et martyris Eunuchos  
in hac Urbe scollatos fuisse, eorumque corpora post-  
modum semimiliari à Româ ad vicum qua Ardeam  
ducit, delata fuisse. Ajunt etiam S. Domitillam,  
qua in Pontiam insulam relegata fuerat, inde Ter-  
racinam deinde redutam ibidem unicum duabus an-  
cillis suis igne crematam fuisse. S. Casarius Diaconus  
sub Nerone vel Domitiano hinc martyrium subit;  
S. Julius unus ex hujus regionis Christianis, eodem  
tempore martyrii coronam obtinuit.

Terracina sita est in regione frugum, fumenti,  
vini, et aliorum naturae donorum feracissima.

15<sup>o</sup> Frosinum | Frosinus, seu Frosinone: | Urbs  
antiqua ad Coram, ut Strabo lib. 8. p. 237. memorat,  
vicum sita 13. miliaris ad Septentrionem à Terra-  
cina. Illius etiam meminere Antoninus in Itin.

Cicero ad Atticum *lib. ii. Ep. 13. et lib. 21. Ep. 4.* qui ibidem  
 praedium habuit. Sub Consulibus L. Genucio  
 et Ser. Cornelio Lentulo, id est, Anno post Ro-  
 manam conditam 450. Urbem hanc Romani Volscis  
 eripuerunt, illiusque praedia vendiderunt; post-  
 modum restauratis illius muris in eam deduce-  
 runt Coloniam, agrisque ejus inter veteranos  
 milites dividerunt. *Transinates*, hoc nomine ve-  
 niebant illius Involae, habiti sunt bellicosi. Tran-  
 sini residet Papa Vicarius, qui ipsius Latii seu q nomine  
 toti Campania Romana praest.

16<sup>o</sup> Segna, antiquitus Signia s; Segni: | Urbs epis-  
 copalis Summae Sedis immediate subiecta, versus me-  
 dium provinciam posita 13. miliaribus ad Septentrionem  
 à Terracina. Antehac Comitatus titulo superbi-  
 abat, modo Ducatus est. Summi Pontifices In-  
 nocentius III. Gregorius IX. et Alexander VI. aut  
 ex propria Comitum Segniensium progenie. Credi-  
 tur, quod organa pneumatica in hac urbe adinven-  
 ta fuerint, at quidam afferunt quemdam Berby-  
 tannum nomine Gregorium, ibi ex Graecia atten-  
 disse. Illius Episcopatus antiquissimus est, cuiusmodi  
 ab ipso Apostolorum tempore fides Christiana hic propa-  
 gata fuit. Praeter Euleisiam Cathedralis tres ad-  
 huc hic numerantur Ecclesiae parochiales.

17<sup>o</sup> Anagnina s; Anagni: | Urbs exigua 3. miliaribus  
 ad orientem à Segna distans et prope viam, quae olim  
 Latina dicebatur, posita. Est Sedes Episcopi, et pa-  
 tria Bonifacii Papae VIII. qui ab an. 1294. usque ad  
 an. 1303. Ecclesia rebus praesuit. Hic Philippus Bul-  
 chii Francia Regis, cum quo simultates gerebat, perse-  
 cutione fugiens ad hanc urbem, tanquam tutam  
 asylum, in quo à gentilibus suis protegeretur, se  
 recepit, ubi tamen à Guilielmo Rogareto captus  
 et custodia mancipatus fuit, à quo post triduum  
 cives eum liberaverunt, qui paucis post diebus obiit.

18<sup>o</sup> Verulum, Verulanum et Verula s; Veroli: | Urbs  
 antiqua Sedes Episcopi Sanctae Sedis immediate sub-  
 jecti, ad Coram rivum et ad radices Apennini sita 12.  
 miliaribus versus orientem ab Anagnina. Olim Herni-  
 corum fuit, post Romanorum facta est, postquam Telli-  
 cet hi de illis triumphaverunt, qui et suorum Coloniam



illam fecerunt. Illius meminerunt Florus lib. i. c. ii. Titus Livius lib. 9. c. 42. Iustinus Iudaeus Plinius lib. 3. c. 5. Vulturnos vocat. In ea est Seminarium. Diocesis eius satis ampla est, ac propè 40. miliaria ambitu suo comprehendit.

19.º Aletrium | Alatro:| Urbs antiqua et Sedes Episcopi Summo Pontifici immediata. Subiecti sita super collem propè Apulum 6. miliaris versus Aquilonem à Vulturnis in confinis Regni Neapolitani. Illius meminerunt Strabo lib. 7. p. 237. Plinius lib. 3. c. 5. qui illius Iudaeus Aletrinates, et Aletrios vocant. Frontinus lib. de Col. p. 83. ubi illam Alatrium nuncupat. Ante hos Scriptores Titus Livius lib. 10. iam Aletrinatum facit mentionem, quos sub Harmonum nomine comprehendit. Illius etiam meminit Vigilius Papa, qui Euleria profuit ab an. 540. usque ad an. 555. in anathemate contra Theodorum Casarea in Cappadocia Episcopum Origenianis et Eutychianis additum, et Paschasium Aletrii Episcopum. Saturninus alter Aletriensis Episcopus Concilio Romano quod sub Ayathone Papa, qui ab an. 678. usque ad an. 683. Euleriam resit, celebratum est, et Vitalis Concilio itidem Romano sub Gregorio II. qui ab an. 714. usque ad an. 731. Papa fuit, habito subripit. Duo celebres Cardinales Aletrii nomen gestarunt scilicet Hugo ab Aletrio, quem Papa Basiliensis II. Cardinalem creavit, atque sub initium Saeculi XII. è vivis excepsit; alter Godofridus ab Aletrio, qui Aletrii S. Stephani Euleriam fundavit, atque an. 1261. ab Urbanis IV. Cardinalis factus est.

20.º Sublaqueum et Sublacum | Subiacis, Subiacis:| Urbs vetus et parva in colle ad Anienum | Teverone:| fluvium in confinis Regni Neapolitani posita 10. miliaris versus Orientem à Branneste, et 35. etiam ad Orientem à Roma. Nihil in ea memorabile occurrit praeter Arem, quae more antiquo constructa est, et Euleriam principem, quae omnino speciosa est. adquatetiam huc aliquot Monasteria.

Miliari ab Urbe extat Monasterium, ius patrona est S. Scholastica, in quo Decem Benedictini Divina celebrant officia; ibi Abbas est vir saecularis, qui tam quoad Euleriasticam quam saeculariam Sublaci dominatur, cui 25. magni pagi iunguntur. Miliari ab

7 interruit,

hoc Coenobio extat Specus S. Benedicti. Horridus locus est  
 in rupe valut acutus, in quem Sanctus hic vir poeniten-  
 tiam acturus se recepit. In via ad illum occurrunt  
 per multa Oratoria ab ipso presentia sua et mira-  
 culis sanctificata, ut etiam locus, ubi S. Maurum  
 et primos Monachos suos investivit, et ubi idem S.  
 Maurus fide et obedientia plenus S. Placidum ex  
 aqua extraxit, qui in Anienum, ubi cataraeta aqua-  
 riat, qua profundum lacum efficiat, lapsus fue-  
 rat.

Sacer hic Specus feminae similis est Ruyis  
 S. Magdalena in Provincia, in praerupti montis medio,  
 supra ipsum occurrit Ecclesia unum Coenobio, in  
 quo tamen non nisi Monachus, Frater laicus et qui-  
 dam Servi offenduntur. Religiosi Monasterii S. Scho-  
 lasticae Sororis huc veniunt, Missaeque legunt. Mu-  
 lieres certis tantum anni diebus Ecclesiam hanc ingre-  
 diuntur. In Sarcario videntur per multa aurea  
 argentea, et gemmis pretiosis ornata Sarcorum reliquia-  
 rum cista, quae magnum thesaurum efficiunt. Car-  
 lus Magnus et plures alii Principes illas in sua erga  
 hunc S. Patriarcham reverentia monumentum  
 donarunt. Hic etiam ostenditur baculus G. pa-  
 des altus, dicunt esse membram corporis S. Benedicti,  
 si id verum est, magnitudine penè gigantem aequa-  
 rit.

21. Branesta seu Branestus | Palestrina seu  
 Celestrina: | Urbs vetus in declivitate montis posita  
 24. miliaris ad orientem à Roma. Est Sedes Episcopi,  
 qui unus est ex Sen Seniores Cardinalibus. Culchra  
 non est. Ecclesia Cathedralis magna haud est, sed  
 tamen magnifica. In ea Carmelitas calceati et  
 molles habent Monasterium: fuit etiam ibi Tem-  
 plum Fortuna Primigeniae dicatum, cuius non nisi  
 infima murorum pars superest.

Ilius conditorem Virgilius Caracolum Vulcani fili-  
 um constituit, Solinus autem ex Zenodoro conatur  
 probare Branestam Ulyssis nepotem et Latini fili-  
 um Urbem hanc exitate. Iuxta Stephanum By-  
 zantinum à Braneste Latino Ulyssis et Circes  
 filio, iuxta Plutarchum autem à Theogono etiam  
 Ulyssis et Circes filio constructa fuit, et Pristi-  
 num vocata, ex quo portea Romani Branestum  
 faciunt. à Plinio Stephanon, et à Strabone

q et ubi novi Ordinis  
 sui fundamenta  
 jecit.

\* Ruyes S. Magdale-  
 na | Sainte Ban-  
 ma, S. Beaume,  
 S. Beome: | Specus  
 est sub monte in  
 Provincia | Proven-  
 ca: | gallica regio-  
 na inter Aquos  
 Sextios, Massi-  
 liam, et Tolonem  
 Martium 2. cen-  
 cis gallicis à Tra-  
 no S. Maximini.  
 Ajunt S. Mariam  
 Magdalenam in  
 hoc Specu per 30.  
 annos austeram  
 poenitentiamque  
 egisse vitam.  
 vid. sup. lib. 2.  
 c. 10. §. 1. n. 109. et  
 n. 110. 2. item §. 6.  
 n. 115.

us lib. 1. 2.  
 Plinius lib.  
 rium de  
 in ambte  
 Sacer ipse  
 i. lib. 1.  
 vus ipi-  
 tani. Jde  
 lib. 1. 2.  
 vocant.  
 trum in  
 lib. 10. jam  
 b. Thonis.  
 manivit  
 40. usque  
 Casarea  
 typhic-  
 isopum.  
 his Ro-  
 178. usque  
 et Vi-  
 all. q  
 Subrip-  
 manq-  
 ca sub  
 in lau-  
 lib. 1.  
 it, atque  
 Sub-  
 um: Te-  
 tani pe-  
 the, et  
 a mens  
 antique  
 et omni  
 conate  
 s. patre  
 hinc  
 lav, qui  
 ai. hinc  
 hinc ab

Colistephanon nuncupatur. Id certum est, ibidem a veteribus Latinis vel Pelasgis et Aboriginibus aut aedificatam aut habitatam fuisse. Vetus fuit Romanorum Colonia, et prout antiqua testantur Inscriptiones, nobilis ac libera populi Romani Civitas.

22<sup>o</sup> Tibur, Heruleum Tibur | Tivoli: | Urbs antiqua olim celebris ~~moda mediocris~~, Sedes Episcopi Papa immediate Subjecti, in plano montis vestigia postea 12. miliaribus ad Castrum à Francosta, et prope montes exaltos, qui Sabiniam ab Apontis separant.

Incola contendunt illam 641. annis Romam antiquissimam esse. vel ab Aboriginibus, vel a quibusdam <sup>jam</sup> Peloponneso hinc apulsiis aedificata fuit. Illius Incola feroces et vicinorum terrorifica; ipsaque ab opulentia, commerciis et potentia celebris fuit. Certum est eam jam Antea temporibus extitisse, fortiterque Romanis obstitisse, priusquam Subitorum potestatem redacta fuisset. Communiter Superbum Tibur vocabatur. Jam an. 400. post Romanam conditam a Belliduo Canillo sub jugum adducta est. Refrigerans et saluber, qui in ea spirat, aer, et quatuor illius Despectus antiquis temporibus Romanos adduxit, ut ibidem permultas aedes voluptarias existerint, quarum adhuc plures reliquiae supersunt, inter quas pulchritudine, magnitudine et celebritate eminet Villa Hadriani Imperatoris, quam cuius reliqua adhuc supersunt, ~~et hujusmodi~~ et quam hujus orae vestigia Tibur Vetus | Tivoli Vecchio: | nuncupant.

Urbs haec mediocris est, plateas habet inaequales et asperas namque male perstratas, civium aedes nec pulchrae sunt nec commode. Populosa tamen est, in eaque 7. Parochiales Ecclesiae praeter Cathedrali, plura virorum et mulierum Monasteria, 6. confraternitates, 3. Nosocomia, Jesuitarum Collegium, et Seminarium, Item Templum Sibyllae Tiburtinae dicatum numerantur. Adest etiam Castrum quadratum inter quatuor rotundas turres clausum. occurrunt etiam Inscriptiones aliquot et muri dicuntur ipsius antiqui splendoris testimonia; et in foro extant binae marmoreae Statuae Indis, quae in Aegypto colabatur, effigiem referentes, quas verisimiliter Hadrianus ad aedem harum voluptuariorum, quas hic habuit ornamentum inde huc asportari curavit. Proxima ad hanc Urbem Anagninis seu Lanus et Lanus | Teverone: |

ponte jungitur, qui Pons Luanius | Ponte Luanius vocatur, ubi romulum Mansolaum Plantii Sylvani Consulis Romani, qui consul fuit ex 7. Inspectoribus Divinorum conviviorum, et uni Senatus ob rem in Jlyris bene gestam agregiaque facinora sua triumphum concepit, cum duabus vel tribus Inscriptionibus.

Cataracta Tiburtina, plerisque, qui insolita videre ambunt, in hanc Urbanam abicit.

Arismus, illam efficit, cujus alveus alias latis mediocriter latus, hic ita angustus est, ut vix 40. vel 45. pedes latus fit.

primum illius comma 10. circa decempedij a pon- te contingit; 140. vel 145. pedes altus est, sanumque, quod illi pro canali est, velut unus ad lineam ca- luset, ac rupes, in quas decidit, admodum hinc in- aequales, namque in multos dividuntur agices, in- ter quos varia sunt spatia, per qua, velut curvas, aspe- ras et praeruptas vias, spumans aqua defluit. alte- rum illius comma infra portam accidit, minus prio- ri, tertium denique, quod minimum est, p.

Non procul a Tiburis occidit integer bagus in rupe et sub terra excisus; unius est ad illum aditus, et nisi fumus e caninis emans illum proderet, nemo ibidem vel nam domum, quanta minus bagum quareret.

Urbs haec in bellis Italicis multa adversa sustinuit. An. 545. Gothi eam impulerunt, omnesque incolas trucidaverunt. Postmodum a Germanis devastata fuit; eam deinde Friedericus Imperator cognomento Ans- bardus restauravit et amplavit. An. 1137. hic in colle vinearis, et ubi domus voluptaria Imperato- ris Hadriani stetit, duo Centauri inveni fuere, et non procul ab ipsis duae columnae, una quae aliquot Aegyptiis Idolis.

Non procul ab haec Urbe ad Sinistram Anieni fluminis, locus eminenti et infra pontem conspicitur rudera ali- cujus cuilibet veterandi Templi, in quo, prout vulgus cre- dit, Sybilae Tiburtinae, pietatis officium incurrit. Qui- dam tamen arbitrantur Templum hoc Heruli sa- crum fuisse propter Inscriptionem in Urbe reper- tam, et Heruli Saxano, quod ipsius Templum in Saxo positum fuerit, dicatam; unde et Urbs ipsa etiam Heruleum Tibur dicta est.

239. Tusulum nostrum | Frascati seu Frescati :) Urbs sub colle ponta 12. Miliaris, versus Ortuum a Roma.

Habet Episcopum Summae Sedi immediate Subjectum et unum ex Sex Senioribus Cardinalibus. Augusta est, et propter palatia, et aedificia voluptaria, natione Romanorum nobilium et Principum loca, quae vicarios colles vocant, et hortos, et pulcherrimum et limpidissimum aquarum copiam notissima. In a. Cato Major natus dicitur. Sub Papa Coelastino III. qui ab an. 1191. usque ad an. 1199. rebus Ecclesiae praefuit, devastata fuit, eoque ipse incola Casareis auxilium praebuisse; postmodum de novo aedificata fuit ex loco, ubi vetus Tumulum statit, unde et Tumulum novum dicta est. In eodem loco quo ipsa posita est, cernuntur rudera Villae Tumulani Villae Ciceronis celeberrimae, de qua ipsemet in suis epistolis ad Atticum p. loquens loquitur, et cuius etiam meminit Plinius lib. 22. c. 6. Hodie dum Monasterium Crypta Ferrata coloris hanc dicitur, quo haec Villa fuit. In eo sunt Monachi Graeci seu Calabri, qui officia divina graece celebrant. S. Bartholomaeus Abbas et quidam S. Nili discipuli unum aliquot Monachis Graecis Saeculo XI. e Calabria à Saracenis pulsati huc se receperunt, ac initio ~~in~~ in crypta ferreis cancellis clausa habitabant, quae postea amplum evasit Monasterium, quod illius nomen retinuit, ac Crypta Ferrata | Crypta Ferrata: dicitur. Illius Saeculo XV. Beffarion Abbas commendatarius fuit.

130.

§. XI.  
De Patrimonio S. Petri.

Patrimonium S. Petri §. II. Patrimonio S. Petri: Provincia ad occidentale Tyberis litus posita. Maximus illius ambitus ab oriente ad occidentem est 42. et à Septentrione ad Meridiem 35. miliarium circiter. Limites habet ad Septentrionem partem Agri Urbevntani et partem Umbriae seu Ducatus Spoletani, ad Orientem Sabiniam et Latium seu Campaniam Romanam; ad austrum Mare, et ad occidentem Ducatum Castrensium. Trifariam dividitur, scilicet in Patrimonio S. Petri proprium; in Ducatum Braccianum, et in Comitatum Anagninensem. Provincia haec vocatur Patrimonium S. Petri, quod Imperator Constantinus Magnus illam Sanctae Sedi pro conservatione Ecclesiae, quam in honorem S. Petri constitui fecerat, et pro sustentatione summorum Pontificum tradidisse dicitur. verum Imperator Henricus IV. nullam ad hanc donationem attentionem factam illam armorum vi sibi aspe-

nit; idem praestiterunt ea suis Successoribus aliqui; tandem  
tamen Summis Pontificibus relicta fuit, qui et hodie  
adhuc illam possident. Inveniunt et vini feras est,  
se in ea alumen etiam occurrit. Intra tres suas partes  
tribus astribus illam expendere placet.

I.

131.

De Patrimoniis S. Petri propriis.

Patrimonium S. Petri proprium reliquas duas huius  
provinciae partes cingit ac in se complectitur, excepta  
australi Ducatus Bracciani parte, quae Maris littus at-  
tingit. Hic notatur

1. Viterbium | Viterbo: | Urbs antiqua, magna et  
pulchra, Metropolis totius provinciae, nempe Sedes Episco-  
pi Papae immediatae subiecti, an. 1192. à Papa Ce-  
lestino III. erecta. Incola contendunt eam  
Romam antiquiorem esse; at quidquid ea se velit, ta-  
men nomen, quod modo gerat, ante aetatem Dietherici  
seu Desiderii ultimi Longobardorum Regis, qui ab an.  
768. usque ad an. 774. regnavit, quo à Carolo M. devictus  
et captus fuit, omnino ignotum fuit. Longobardus Prin-  
ceps ista quatuor Urbes, Oppida seu Villas, nempe Franum  
Voltumnam, Abanum, Vatuloniam et Longulam si-  
mul conjunxit, et ex iis unicum Urbem fecit, quam mura-  
libus fossa et turribus munitis circumdavit; et quae ob qua-  
druplicem conjunctionem suam initio Tetrapolis, id est,  
Urbs quadruplex, postmodum vero Vatavinum seu Viter-  
vinum vocata est, ex quo deinde Viterbium à voce Itali-  
ca Viterbo factum fuit. Id indicat sequens Inscriptio:  
Desiderius ultimus Insubrium Rex, Longulam, Vatu-  
loniam atque Voltumnam moenibus circumdavit et Etruscis  
prore nomine inducto, Vitervinum munita capitis  
inducta appellari jubet anno Salutis 773. Equidem in  
haec Inscriptioe non nisi trium Urbium fit mentio,  
illarum nempe, quas ipse quartae adiunxit, quae Asta-  
num vocabatur, atque ceteris spectabilior erat; et  
à conjunctione harum quatuor Urbium Tetrapolis  
seu quadruplicis Urbis nomen ortum est, et Incolae  
quaterni populi dicti sunt. Id prodit Distichon, quod  
in Sala Praetoria Summitate legitur: En illud  
Hanc Franum, Abanum, Vatuloni, Longula quondam  
Oppida dant Urbem: prima elementa Si: R. V. L.

Hodie dum adhuc Viterbium in quatuor regiones divi-  
 detur, scilicet in Arbanum | Erbens | Longulanum | Longolanum |  
Vetuloniam, et Volturnam, quae sunt quatuor urbes  
 illae, quas Dietericus simul junxit.

Urbs haec penè in praecalti montis ~~radice~~ quae Ciminius  
mons à Latinis vocabatur, et modo Viterbii Mons dicitur,  
 radice in plagâ quampluribus rivis irrigatâ et omni-  
 bus ad vitam necessariis praesertim vino excellenti abun-  
 dante sita est 24. miliaribus ad Austrium ab Urbivento,  
 et totidem ad Caerum à Narniâ sub gr. long. 29. m. 45.  
 lat. 42. m. 25. Ampla est et moenibus cincta, pla-  
 tea ejus plerumque rectae sunt, latae et bene penetratae,  
 ac commoda, Domus pulchrae sunt, et fornices omnes ea  
 lapideis constructae, ad sunt etiam multa palatia,  
 quae videri merentur, et ingens numerus Ecclesiarum,  
 Basilicarum et Monasteriorum utriusque sexus. Haec  
 satis populosa est, nec ultra 15. aut 18.000. animarum  
 in ea numerantur, cum commode 40000. continere va-  
 leret. Ubi Guelforum et Gibellinorum factis Ita-  
 liam dire vexabat, bellis civilibus et intestinis loc-  
 pe saepius attrita fuit, civibus inter se se pugnantibus et  
 digladiantibus, ac caedibus omnia impleantibus; mise-  
 riarum cumulum addidit pestis, quae in eâ dire grassata  
 est, paucosque, qui residui erant, incolas alibi salutem  
 quaerere coegit: haec infortunia adeo frequentia fieri  
 et copiosa, ut quadam mirabili species sit, quod demum  
 ad eum, in quo nunc est, statum redire valuerit; nec fi-  
 nem auferunt, nisi postquam Summis Pontificibus  
 veris Dominis suis, quos prius contemserat, demum se subje-  
 cit; postquam scilicet Republica formam, quam  
 apertissime, abiecit, non à Tyrannis suis libera-  
 ta fuisset; tuncque fugati et ubique terrarum dis-  
 persi cives redire, aedificia enim publica tum pri-  
 vata demum constructa, nobilium arrogantiae limi-  
 tes positi fuerunt ita, ut in posterum publicam quie-  
 tem turbare et adversus supremos Dominos suos rebel-  
 lare haud possent. Id incipit sub Innocentio Papa  
 IV. qui ab an. 1243. usque ad an. 1254. Ecclesia praes-  
 fuit, et plenè sub Eugenio IV. qui ab an. 1431. usque  
 ad an. 1447. Papatum tenuit, completum. Viter-  
 bii plus quam 40. antiquae et celebres nobilitatis fa-  
 miliae numerantur, quae Ecclesia Summos Pontifi-

es, multos Cardinales, magnam Episcoporum, Praelatorum, Doctorum, et Eruditorum copiam dederunt.

In hac civitate ibi Ecclesia Parochiale, numerantur illarum quatuor, quibus Cathedralis annumeratur, sunt Collegiatae; multa Sacella, Confraternitates et Hospitia pro orphanis, pro infantibus expositivis, pro aegrotis, pro convalescentibus, pro senibus, et incurabilibus. Et profecto in ea magna viget pietas et charitas.

Præter quamplures Silanos, quorum præcipuus et pulcherrimus in foro prope portam S. Luciae videtur, tres cæmii rivus illam perfleunt, magnoque sunt commodis.

Habet Castellum, quod Rupes seu Daxum [Rocca] vocatur, in quo Summi Pontifices, cum Roma non absolute Dominarentur, residere solebant, quorum aliqui ibidem mortui sunt, nempe Joannes XXII. Alexander IV. qui in Ecclesia Cathedrali Superba habent Mausolea. Adrianus V. quid apud B. Minores Disceptatorum tumulum habet, et Clemens V. cujus Sepulchrum in Ecclesia B. Prædicatorum cernitur.

Plerumque ibi Episcopus est etiam Cardinalis, cujus Episcopatus Saulo XII. Coelestinus Papa Tuscanensem adjunxit, cui et postmodum Centum Cellense auferretur.

Miliaria circiter versus Africum à Viterbo occurrunt Thermae, quae variis morbis medentur, olim Agua Caja, vel forte Agua calida nuncupatae fuerunt.

Proximè ad Urbem incipit ambulacrum, cujus bina latera frondosa arbores occupant, quod ad celebre Dominicanorum Cenobium de Quercu [Sella Quercia] nuncupatum ducit. In hujus Monasterii atrio domus sunt, quas mundinarum tempore Mercatores ex omnibus Papa et Magni Ducis Etorvicae locis hinc commercii gratia venientes occupant, et quae aliis anni temporibus vacuae manent. Locus, in quo nunc extat Monasterium et Ecclesia olim saltus erat, ubi rusticus quidam imaginem B. V. Mariae quercui appensam radiosque Solis instar emittentem invenerunt. Initio imago haec, quod in urbem ab Episcopo magna cum solemnitate delata et in Ecclesia Cathedrali collocata sic tamen altera ibi, unde demumta fuerat, semper inventa fuerit, eodem in loco Sacello unicum quercu, e qua pendebat, conclusa fuit, q. ter quaterque



cujus administratio Patribus Praedicatoribus tradita est; postmodum ibidem magnificentum Templum ~~restitutum~~ Monasterio exaltatum fuit ambitu suo Sacellum hoc continens unicum Monasterio exaltatum fuit, quod a querra cui B.V. Maria effigies appensa est, Monasterium et Ecclesia De Querra [; Dalla Quercia;] dicitur. Ad hanc imaginem crebra semper facta sunt et adhuc fiunt miracula.

Aliud etiam extra Urbem non procul a porta, quae Romana dicitur, adest ejusdem Ordinis magnificentum Monasterium, quod a satis magnis gradibus, quos antequam ad illud perveniatur, ascendere oportet, numero B.V. Mariae De gradibus Monasterium nuncupatur. Ibidem est Xenodochium in quo peregrini Romam euntes et inde revertentes suscipiuntur.

Viterbii est Academia Auditorum, cujus Academici obstinati [; gli Obstinati;] vocantur.

\* Falisci Urbis Fal-  
leria, seu Faleri,  
Falarii et Falisca  
~~quae jam~~  
dudum interit,  
Incola. A Turis  
Camillo obsessi se  
ipsi et Romanis, post  
quod, ut ajunt, Germanus  
ad mortem usque bibit;  
qua de re  
quam ipse liberos  
eorum, quos ludimagi-  
ster per proditi-  
onem ad illum addu-  
xerat, involuntum re-  
miserat cum hac  
Epistola: "Mitte ad  
vos ludimagistram  
a liberis vestris vir-  
gis casum, quod  
illos novo scelere  
nobis probare vo-  
luerit. Queros  
vestros misis fa-  
cimus, quod belli  
pauisque iura esse  
recondimus, jus-  
tuque ea non mi-  
nus quam forti-  
ter didicimus

20. Faliscorum Mons seu Mons Chiscon [; Monte-  
Fiascone:] Urbis exigua et Sede Episcopi Sanctae Sedis  
immediate Subiecti à Corneto sub Eugenio Papa IV.  
huc translata, in colle ~~posita~~ sub quo Vulcanus Lacus  
cernitur, posita 9. miliaribus versus austrum ab Urbem  
to, et totidem versus Castrum à Viterbio.  
Solum ejus vinum apianum profert exquisitissimum,  
narratur Germanum quendam nobilem per Italiam iter  
agentem Lenum suum semper praenifere ad praesens  
tanda in Senopoliis vina, utique, ubi optimum offen-  
deret, supra Senopolii januam verbum Est scriberet:  
hic in hanc Urbem veniens, cum ipsi vinum apianum  
praesens alii, quae alibi gustarat, sapisset, ad Senopoliis  
portam triplex Est scripsit; quod Heros ipsius tanta  
copiam in se inquiravit, ut inde morbo contracto vi-  
tam poverit. Ipsius tumulus adhuc extat, lapisque  
Sepulchralis ipsius effigiem refert: Caput ejus tegit mi-  
tra seu galerus, ad utrumque latus sunt bina ipsius  
intignia gentilitia et bini calices, ad pedes legitur  
sequens epitaphium Gothiis et penè attritis litteris ena-  
ratum, quod Servus ipsius ei posuisse dicitur:  
Est Est Est, propter minimum Est. De Tunc  
[; id est, ut quidam exponunt, Joannes De Tuncis  
seu Fuggeris;] Dominus meus mortuus est.  
In hoc testamento fundavit et iussit, ut quotannis

lauri Pentecostes die 60. lagena vino repleta supra sepulchra-  
 lem ignis lapidem in pauperibus ~~erogantur~~ in sui me-  
 moriam erogarentur; quod quidem diu observatum  
 fuit, modo autem pro fundationis hujus pretio panis et  
 vinum pauperibus erogantur.

3<sup>o</sup> Volsinium, Volsinii, seu Vulsinium et Vulsinii  
 ¶ Bolsena: Urbs angusta prope ejusdem nomini lacus  
 at ad ejus septentrionale latus in confinis Agri Urbe-  
 ventani sita 10. miliaris versus Austrom ab Urbi-  
 vento. Illius meminit Tacitus Annal. lib. 4. atque  
 illam fuisse patriam Sejani Tiberii Imperatoris in-  
 timi, quem postmodum, quia Imperium affectare  
 visus est, occidi curavit unacum filio suo et filia.  
Florus lib. 1. c. 21. illius Incolas Volsinios nuncupat.  
 atque illos omnium Etruscorum opulentissimos fuisse.  
 In tabula triumphorum Capitolinorum Vulsinenses  
 vocantur. Volsinium olim fuit Sedes Episcopi,  
 quae Urbiventum translata fuit.

Lacus, ad quem Urbs haec sita est, ab ipsius nomine  
Vulsiniensis lacus vocatur. Plinius lib. 36. c. 22. et  
Vitruvius de lapidibus lib. 2. c. 2. de illo specialia  
 quaedam narant, et Titus Livius lib. 29. c. 23. memo-  
 rat illum sanguine manasse.

4<sup>o</sup> Hortia ¶ Orti seu Orta: Urbs in colle à regione  
 Tiberis, qui ibidem Narem ¶ Nera: fluvium seu potius  
 rivum suscipit, in confinis Umbriae posita 9. millia-  
 ris ad septentrionem à Civitate Castellana ¶ Citta Cas-  
 tellana: ¶ 34. à Roma. Est Hortanum Plinii. Qui-  
 dam volunt Jannum illius fuisse conditorem, quod  
 olim in ea rebus patronus cultus fuerit. Volsini-  
lius autem est coloniam Belasgorum fuisse, loco  
 munito positam, cum arce ita propugnaculis instrom-  
 ta, ut postmodum rebelles ea via pelli potuerint.  
 Illius ope Albericus Thunica Marchis famosa Ma-  
roggia filius formidabilem se praestitit, et Hunga-  
 ros in Italiam ad praedam abiecit post medium Saec-  
 uli X. Postmodum in Longobardorum potestatem  
 venit, à quibus munitioibus amta est. Tandem ha-  
 venna subiecta fuit. In ea ter mille numerantur inco-  
 lae et septingenta domus. Est Sedes Episcopi, cui  
 papa Eugenius IV. eam, quae in Civitate Castellana  
 erat, an. 1437. adjunxit.

Prater Ecclesiam Cathedralam, quae B. V. Mariae  
 dicata est, adsunt adhuc 8. parochiales Ecclesiae, Se-  
 minarium, 5. virorum et 2. Monialium Monas-  
 teria, duo Xenodochia, et Mons pietatis. Hujus

» gerere. Roma habe-  
 » mus non adversus eam  
 » civitatem, cui etiam  
 » captis urbibus posi-  
 » tur: sed adversus a-  
 » matos, et ipsos, qui,  
 » nec laeserunt à nos-  
 » tris, Castro Romana  
 » ad Vejos oppugnavant.  
 » Ludimagister, quan-  
 » tum in ipso fuit, vos  
 » vicit: ego Romanis  
 » artibus, virtute,  
 » opere, armis, hinc  
 » Vejos, vos aliquando  
 » vincam. Quidam  
 » volunt urbem hanc  
 » esse hodie eorum Ca-  
 » » liscorum Montem.  
 » alii dicunt ex ejus  
 » minis Civitatem  
 » Castellanam fuisse  
 » constructam.

~~Civitas Castellana  
 in regione Umbriae  
 sita est à Roma  
 13. civitatibus millia-  
 ris versus Eura Agri-  
 lonem distans est.~~

113 50 Civitas Castellana | Castellana, seu Citta Cas-  
tellana ad Septentrione Italia sita vobis 20. miliaris  
versus Aquilonem à Roma. Quidam ajunt eam esse  
sitam esse ubi olim Frasennia seu Frasennium fuit.  
Habet Episcopatum Hostans conjunctum, quod Hyria  
memoravimus. Non procul ab hac urbe occurrit  
magna Silva, qua ad pedem usque Montis Smaectis,  
qui nunc Mons S. Silvestri nuncupatur, se profert.  
Anthracis omnino periculosum erat per eam iter age-  
re.

vobis Episcopus ab aetate Innocentii Papae III. Semper fuit  
unus ex illis Septem Episcopis, qui simul Cardinales fue-  
runt; verum Eugenius III. illos ad se reducit, et ab  
eo tempore Episcopi Hostani desierunt esse Cardinales.  
113 50 Nepes | Nepetum et Nepeta | Nepes | vobis Sedes Epi-  
scopi ad Triliam | Triglia | Romam inter et Viterbium  
posita 24. miliaris ad Septentrionem à Roma. Anti-  
qua est, illiusque meminit Plinius, à quo Neps voca-  
tur, Strabo, qui eam Nepesam nuncupat, Epitoma  
Dionysii, à quo Nepesus dicitur item Nepetes,  
et Nepes. In veteribus Itinerariis Nepes, Nepeta,  
Nepita, Nepeta vocatur. At Volaterranus assertit om-  
nia illius nomina proter Nepes falsa esse et corrupta,  
quod nomen etiam apud Livium hinc inde, ut et  
apud Plinios, et in veteribus Inscriptionibus le-  
gitur. Illius Imola Nepesini dicitur. Fuit una  
ex 12. novis Romanorum Colonis, prout memorant  
Frontinus et Valerius Cato. Valerius idem,  
postquam adversus Romanos rebellet, semis hinc  
egit. Olim potentissima fuit et populosissima,  
nunc autem ita exilis est, ut vix 500. aedes in ea nu-  
merentur. Ipsa unacum territorio suo, et  
Quatuor Comerino ad Farnesios pertinebat, atque  
à Petro Ludovico Farnesio Summo Sedi cessa fuit,  
pro quibus à Paulo Papa III. patre ipsius et familia  
Farnesiorum Capite Quatuor Comerino et Placenti-  
inum obtinuit.

Episcopatum Nepesinum quod attinet, ipse jam pri-  
mis Christianismi temporibus initium habuit, et à S. Ro-  
mano primus illius à S. Petro institutus Antistes fuit;  
Illius autem successorum penè usque ad Constantini  
Magni tempora nulla erat memoria, quod hinc Uo-  
li Innati sunt Divi Religionis Christiana hostes qui  
illam suppressere totis conati sunt viribus. Hinc  
Episcopatum postmodum junctum fuit Sutrinum.  
Ecclesiam Cathedralam B. V. Mariae dictam adminis-  
trant 14. Canonici, Archidiaconus, et Penitentiaris  
qui simul praesent, qua ibidem est, Bibliotheca  
praesent. Proter 3. Parochiales Ecclesias hinc etiam  
numerantur 3. Virorum et 2. Monialium Conobia,  
tres Laicae Confraternitates, Kenobium et Mons  
pietatis.

7<sup>o</sup> Sutrium, Colonia Julia Sutrina | Sutrini | Urbs angusta ad ~~Portum~~ ~~Butulum~~ | Pozzolo | fluvium Lita 24. miliaribus ad Caerum à Roma. Olim Etrusca clavis fuit recepta Romanorum, atque jam anno Mundi 3564. iisdem foedere juncta fuit, et cum eodem anno Etrusci eam interceptissent, eadem die à Camillo recuperata fuit. An. M. 3576. Colonia Romana facta est ac Colonia Julia nuncupata. Jam an. Chr. 465. sub Hilario seu Hilario Papa Sedes Episcopalis erat, qua postmodum Nepetum translata fuit, prout proximum memoravimus. Paucos numerat incolas, in caelestis Satis insalubris aër spirat.

8<sup>o</sup> Portum seu Portus | Porto | olim urbs celebris cum portu à Julio Casare, ut ajunt, exiata, modo pene devastata et sine portu, ita ut vix 12. domus numerat, ad Dentariam Tiberis et duobus circiter vel tribus miliaribus ad septentrionem à mari posita. Est Sedes Episcopi, qui Imperat Sub-Decanus Collegii Cardinalium; videtur an. 1120. Episcopus Silva Candida seu Trani Sanctorum Martyrum Rufina et Secunda, qua tunc devastata jacebat, à Papa Calisto II. adjunctus fuit.

9<sup>o</sup> Civitas vetus seu Centum cella | Civita Vecchia | exigua urbs maritima, una cum bono portu et armentario ubi plerumque Trivanes Pontificia constitunt, in littore Maris Mediterranei lita 40. miliaribus versus orientem à Roma, et 9. ad austrum à Corneto. Illam Urbanus Papa VIII. validis propugnaculis intorxit, cui quoque imminet vetus ac munita in ipso mari posita. Ob insalubrem ipsius aërem haud satis populosa est. An. 1696. Innocentius Papa XII. ad eam veniens liberum portum illam declaravit multisque privilegiis donavit, et aqua ductum, quo aqua 22. miliarium spatii expressa in illam deferretur, quod antiquis sub Centum Cellarum nomine nota quod extorci curavit.

10<sup>o</sup> Cornetum seu Cornetum | Corneto | Urbs angusta in confinis Ducatus Castroensis ad Martam fluvium lita aliquot miliaribus à littore Maris Etrusci 22. miliaribus ad Aspinum à Viterbio. Est Episcopalis, at priusquam proprium Episcopum habuerit, Eugenius Papa IV. ob aliquos illius proventus Episcopatum hunc Falisco-  
rum montis Episcopatus adiunxit. Hieronymus

Bentivolius | Bentivoglio | ibi Antistes an. 1591. ibidem  
quasdam Synodales Ordinationes edidit. Adrianus Castel-  
lensis Cardinalis et Episcopus Aglicus ob hac uerba ostum-  
dicit, et interdum ab ea vocatus est. Ob iniquum aera-  
penè vana est incolis.

132.

II.

## De Ducatu Bracciano.

Ducatus Braccianus | Il Ducato di Bracciano | eni-  
qua provincia circum lacum Bracciani posita. ante-  
haec ad Ursinorum familiam pertinebat, et ab ea ad  
Orsinalios pervenit. Notatur hic

Braccianum seu Braccianum, item Braccanum  
| Bracciano | urbs exigua sed iuventa supra collem ita  
10. miliaris versus Septentrionem à littore Maris Medi-  
terranei, et 20. versus occidentem à Roma. Est Caput  
Ducatus, cui nomen impetit, et et lacus ad cuius aus-  
tralem ripam posita est. Ab hoc lacu prodit Arona  
fluvius, qui ad austrum fluens in Mari Mediterraneo  
immergitur. Braccianum calabratur à Theomis, quae  
ob ipsa Theoma Bracciana dicitur, item Stiglianae  
seu Stilianae ab oppido Stiliano | Stigliano | gemil-  
liariis ad occidentem ab hac urbe distante, quod illud  
inter et ipsam sint posita. Braccianum creditur esse  
vetus urbs Sabate, ejus meminit Tabula Pentinge-  
riana; saltem eo loco posita fuit, ubi nunc Braccia-  
num extat; und etiam lacum, ad cuius ripam situm  
est, veteres Sabatium seu Sabatem vocaverunt.

133.

III.

## De Dominio Ronciglione.

Dominium seu Status Ronciglione | Il Dominio  
seu Stato di Ronciglione | olim unicum Ducatu  
Castroensis ad Farnesios postea Duces Parmenses  
pertinuit sub titulo Vicariorum Ecclesiae Romanae,  
quorum pacifici possessores fuerunt usque ad an. 1640.  
quomodo autem Sedis Apostolicae facti sint sequen-  
ti §. pluribus dicemus. occurrit hic notandum  
1.º Roncilio, Rus Syllanum, Rus Celinorum  
| Ronciglione | Oppidum Caput territorii, à quo ip-  
sum nomen trahat, ad Terreram positum miliari  
circiter ad Euronotum à Ciminis Lacu | Lago di Vico |  
et 5. versus austrum à Viterbis. Urbs diu possit,  
plateae ejus rectae sunt et latae ne non satis bene  
perstrata. In eo 2. vel 3. aedificia Ecclesiastica

memerantur, adest venusta Parochialis Ecclesia, nec-  
 non Schola Patrum Doctrina Christiana. Maximum  
 habet forum Silans ornatum. Ronciglione fre-  
 quens exercetur commercium, multi sunt incolae  
 qui commode et ad arbitrium suum vivunt. Si-  
 Anonians Marcellino fides, urbs Succiniensis pro-  
 piam absorpta fuit. Ei adharat Mons, qui etiam  
 Ciminius dicitur. Livius lib. 9. c. 36, memorat diem,  
 quamprimum ibucessit, hunc montem occupare.  
 In hoc monte densum erat nemus, quod Sylva Cimi-  
 nia vocabatur, Sylva erat, inquit, Cimimia magis  
 tenuis via atque horrenda, quam nuper fuisse Ger-  
 manici Saltus. Virgilius misit verum laum hunc,  
 montem, et Sylvam memorat Aeneid. lib. 7. v. 897.

Et Cimini cum monte laum hunc Capenos.  
 Lucii Capeni erant in orientali extremitate hujus Syl-  
 va, ubi Capena urbs sita erat. Forte urbs seu Op-  
 pidum Succiniense, quod terra motu absorptum  
 fuit, coloco extitit, ubi nunc Laus Ciminius est, qui  
 in spatio, quod terra hiatus reliquit, exortum est.

2<sup>o</sup> Capena seu Caponia urbs vetus, qua jam dudum  
 interit, sita erat inter Viterbium et Ronciglione  
 seu inter Vejos\* et Tiberim supra montem sacerrimum  
 Ciminius. In ipsius territoris Saltus erat et Tem-  
 plum Heronia Silvarum et Libertorum Dea. Sica-  
 tum, quod Titus Livius lib. 26. c. 4. et lib. 33. c. 36. modo  
 laum modo Hannum Heronia nuncupat, quod simul  
 nemus et Templum ibi esset. lib. 26. c. 11. narrat, quo-  
 modo Annibal illud expilavit. Fuit urbs munici-  
 palis. Stephanus illam vocat Capinnam. In frag-  
 mento Catonis legitur Capina tanquam urbis, et Ca-  
 pinates, velut illius et territorii ipsius Incolarum  
 nomen; hos Livius lib. 5. c. 3. Capenates, vocat. ad-  
 versus Romanos bella gesserunt, à quibus subacti sunt.

§. XII.

De Ducatu Castrensi.

Ducatus Castrensis | Il Ducato di Castro: | limites  
 habet ad Septentrionem Agrum Uoberentanum; ad  
 Orientem Martam fluvium, qui illum à Patrino  
 S. Petri Separat; ad Austrum Mare Mediterraneum;  
 et ad Occidentem Etruriam. Fumentum et aliorum

gerere. Adna ha-  
 bus non adversus  
 canatatem, cui  
 etiam captis urbi-  
 bus paritur: sed ad-  
 versus armatos, et  
 ipsos, qui, nec lac-  
 siti à nostris, Castra  
 Romana ad Vejos  
 oppugnavant. In-  
 Siskagister, quan-  
 tum in ipso fuit, vos  
 vicit: ego Romanis  
 artibus, virtute,  
 opere, armis, hienti  
 Vejos, vos aliquando  
 vincam. Quidam  
 putant Halisiam ve-  
 tarum esse hodiernum  
 Halisium Montem.  
 alii solent ea ipse  
 rudibus Civitatem  
 Castellamque

\* Veji seu veja olim  
 magna, potens opu-  
 lenta et munita  
 urbs ad Tiberim 100.  
 civiter Stadiis seu  
 12. miliaris Itali-  
 cis cum dimidio  
 à Roma collerata.  
 Ipsius Incola Vejen-  
 tes, seu Vejentani  
 nuncupabantur.  
 frequenter illis cum  
 Romanis bella fieri,  
 à quibus tandem de-  
 viti fieri post  
 10. annorum obidio-  
 nem.

134.

fugam fecerat. Maxima Vulturni lacus pars in illo sita est, quasque habet Insulas habitatas, quarum una Martana vocatur, altera Pasentina; in una est Anachoreta Cella, in altera vero Monasterium una cum Ecclesia, in qua Thamariorum familiae Mausoleum erigitur. Ibi demum Theodatus Amalasonum Gothorum Reginam Malanici matrem, et qua ob id culpabilis fuit, quod ingratum hunc virum promoventi ad thronum, jugulari iussit anno Chr. 534. Neptis erat Codrosi Thamariorum Regis, et filia Theodoric Ostrogothorum Regis.

Thamari Ducatum Castroensem ultra 100. annos sub titulo Vicariorum Ecclesiae possederunt antequam Papae III. Petro Ludovico sub Ducatus titulo unum Ducatum Barnensem et Placentinum illum traderit. Cum autem anno 1640. Doardus ingenti pecuniarum Summa opus haberet, illam Roma a Monte pietatis mutuavit satis in pignus Ducatum Castroensem. Et quamvis postmodum ipsius Suecicos representata, pro qua oppignoratus fuerat, pecuniarum Summa, eundem redimere voluerint, illud tamen nunquam obtinere valuerunt; et tandem an. 1739. Imperator Carolus VI. anno 1739. in pacis ipsum inter et Reges Galliae, Hispaniae, Neapolis et Sardiniae conclusae instrumento, vi cuius ei Ducatus Barnensis et Placentinus unum ad illos pertinentibus, q. articulo v. Ducatum hunc Romanae Sedi unum territorio Roncionensi in perpetuum reliquit. In ipsius articuli verba: Quod autem spectat Ducatum Castro et Comitatum Roncionensem spondet Sacra Caesarica Majestas se horum Statuum definitivam unquam prosecuturam. Occurrit hic notandum

1<sup>o</sup> Castro, Castroionium | Castro | Urbis Caput Ducatus, cui nomen tribuit Supra montem posita et prope torrentem seu rivum Ospadam in confinis Senensibus 12. miliaribus a Mari 30. ad asinum ab Urbivento, 66. ad Canoam a Roma sub grad. long. 29. m. 15. lat. 42. m. 33. Creditur, quod eo locus stet, ubi olim Statonia, cuius varii Scriptores meminere, fuit. Anno 1469. ab Innocentio Papa X. quod Episcopum in ea ab institutum et cives interfecissent, devastata fuit, Episcopatusque, qui in ea fuerat Aculam trans-  
latus.

20. Tuscania [; Toscanada:] Urbis caetera sed vetus Epi-  
 scopalis ad Martam fluvium sita 16. miliaris ad ori-  
 entem à Castro. Ajunt ab Ascanio Aenea filio con-  
 ditam fuisse, prout prodit quaedam Inscriptio. An-  
 tiquissimis temporibus Salumbona vocata est, postens-  
 dim Tyrcheina, unde vicinum eidem nomen suum q Mare  
 sortitum esse dicitur; et denique Tuscia, à qua juxta  
 quorundam opinionem et provincia, quae nunc Eturia  
 vocatur Italicè Toscana nomen accepit. Amplafuit  
 et opulenta; postquam autem Saxes Sexies obfissa et  
 occupata, necnon admodum devastata fuit veterem  
 suum splendorem penitus amisit. Non modo  
 statim primis Eclisae temporibus proprios habuit Episco-  
 pos, sed et multos Sanctos viros et Romanos Pontifices  
 protulit. Eclisae Cathedralis, quae alias pulcherri-  
 ma vocat, et S. Petri dicitur, penè desolata jacet. In  
 hac urbe duo Franciscanorum et unum Augustiniano-  
 rum Monasteria et circiter bis mille anima numeran-  
 tur, aërem habet valde insalubrem. Sub Papa Inge-  
 nis IV. Illius Episcopatus Viterbiensi junctus fuit ita  
 tamen, ut Episcopus Viterbiensis simul et Episcopus Tus-  
 caniensis vocetur. Quiddam verbum hanc Patri-  
 monio S. Petri adiecerunt.

### Caput III.

#### De parte inferiori Italiae

#### Seu De Regno Neapolitano.

Regnum Neapolitanum seu Regnum Siciliae cis  
 Sphaerum [; Il Regno di Napoli:] infima parva Italiae  
 et australis totius Italiae pars limitas habet ad Cam-  
 erum Statum Eclisae Romanae, et ad caeteras par-  
 tes mare. Totius Italiae maximus est Status, cujus  
 longitudo 450. latitudo 150. miliarium Italicorum  
 esse dicitur, et vixta peninsula numerari potest,  
 nam ad orientem mari Ionio, ad Septentrionem Sinu  
 Adriatico, ad austrum Mari Tursi, et ad occidentem  
 Statu Eclisae clauditur.

Antiquitus haec infima pars Italia Gracia Magna  
 vocata est, quod in ea multi Graeci resedissent. Ubi  
 postmodum Saeculo XI. Normanni eam in suam rede-  
 gere potestatem, tum primo Comes, postea Dux  
 et denique Reges Apuliae dicti fuerunt. Postmodum fec-  
 tum est, ut haec Apulia et vicina Sicilia jungerentur,  
 triumque illarum possessores Utriusque Sicilia Reges

hinc nomen regum  
 Neapolitanorum intel-  
 ligitur